mam spirantes sic ab illa mensa disce-
dimus terribiles effecti diabolo. de hiis
sacramenti efficacia loquens quidam metrice
et quasi omnes eius effectus supradictos
breviter comprehendens dicit. Eukaristia liberat
a malo confirmat in bono delet venialia
cavet mortalia. Huius est virtute sacramenti
unimur, virtutes augentur, omnium gratiarum
fructus exuberat. Impeditur autem
efficacia huius sacramenti aliquo modo quando
alia ~~aut~~ peccata venialia simul sunt peccata autem
accepto sacramento, sunt sive preterita aliquo
sunt sive in actu. Primo quidam non peccata
venialia nullo modo impediunt effectum

huius sacramenti, sicut enim contingere quod
aliquis post multa peccata commissa ve-
nialia devote accedat ad hoc sacramentum
et plenarie huius sacramenti consequitur effectum.
Secundo peccata venialia non ex toto impe-
diunt huius sacramenti effectum sed in parte,
dicendum est enim quod effectus huius sacramenti
non solum est adeptio habitualis gratie
et caritatis, sed etiam est quedam refectio
actualis spiritualis dulcedinis que quidem
impeditur si aliquis accedat ad hoc
sacramentum mente distracta per peccata veni-
alia, non autem tollitur augmentum habitualis
gratie vel caritatis, cum omnibus predictis
conveniunt Thomas in summa. Sequitur videre
Arti. li. 4. 29. de secundo scilicet in quibus habeat effectum sacramentum
eukaristie, et circa hoc queruntur plura, scilicet utrum
habeat effectum efficaciam in quolibet vivo
iusto. Responsio sacramentum non habet efficaciam
in aliquo nisi digne accedat. digne
autem accedit ~~digne~~ qui se preparet
sicut debet, tamen vero sacramentum accipere
sicut aliud cibum non est congruum nec
fructuosum est, quia in hoc sacramento est
presens divina maiestas et summa compre-
henditur caritas, ideo debet recipi cum
honore et devotione, et quia sicut ut
recipiatur tantus in mundo hospes ne-
cesse est quod homo deo hospitium pre-
paret proprii diiudicatione et quia nullus
hospitium hospiti parat nisi ipsum con-
gnoscat, necesse est quod istum cibum
ab aliis discernat. Ad hoc ergo quod
hoc sacramentum in aliquo habeat efficaciam
primo oportet istum cibum ab aliis discer-
nere per fidem. Secundo hospitium parare debet
propria probatione. Tertio in hospicio parato pa Cor.
recipere cum honore et devotione, et hec omnia 2m
i cor. xi. Primum ibi non diiudicans
corpus domini. Secundum probet autem se ipsum
homo. Tertium in zacheo, et quia multi
recipiunt hoc sacramentum qui se non debite
preparant ideo multi infirmi et im-
becilles et dormiunt multi. Cum ergo

sumitur utrum vir iustus recipiat
efficaciam dicendum quod si preparat se recipit,
alioquin si ex quadam corruptione vel
distractione non preparet se debite aut
nulla aut modica reportat efficaciam
licet non incurrat mortale offensionem
secundum Bonaventuram. Utrum hoc sacramentum in aliquo
peccatore efficaciam habeat. Responsio non est
dimittenda divina potestas quin in hoc sacramento
possit facere et aliud faciat omnis cul-
pe remissionem, sed secundum formam communem
et generalem fiant in statutis huius sacramenti
dicendum quod istud sacramentum ~~dei~~ datum est in
cibum illis qui sunt de corpore christi, et ad
talos habent caritatem ideo assequuntur effectum
secundum in solis iustis, effectus autem in iustis
est liberatio a culpa (a venialis) et preservatio a morte
tali ut prius sunt secundum Bonaventuram. Utrum
hoc sacramentum prosit tantum sumentibus. Responsio
non sed etiam aliis nam prout dicendum est
hoc sacramentum non tantum est sacramentum, sed etiam
sacrificium, in quantum enim in hoc sacramento
representatur passio christi per quam christus obtulit
se hostiam deo ut dicitur ad ephesios v. habet
rationem sacrificii, sed in quantum in hoc sacramento
traditur invisibilis gratia sub visibili
specie habet rationem sacramenti, sic tamen hoc
sacramentum prodest quidem sumentibus et
per modum sacramenti et per modum sacrificii quia
pro omnibus sumentibus offertur, dicitur etiam
in canone misse quotquot ex participatione
repleamur, sed aliis qui non sumunt
prodest per modum sacrificii in quantum pro
eorum salute offertur unde et in canone
misse dicitur memento et infra in communi-
cantes et utrumque modum prefiguravit dominus cum
dixit Math. xxvi qui pro vobis scilicet
sumentibus et pro multis scilicet aliis effun-
detur in remissionem peccatorum secundum Thomam.
Utrum hoc sacramentum habeat suum effectum in
omnibus pro quibus offertur. Responsio non, sicut
sicut passio christi prodest quidem omnibus
quantum ad sufficientiam et ad remissionem culpe

et ad receptionem gratie et glorie / sed effectum non habet nisi in illis qui passioni Christi adiunguntur per fidem et caritatem / ita etiam hoc sacramentum quod est memoriale dominice passionis non habet suum effectum nisi in illis qui coniunguntur huic sacramento per fidem et caritatem / unde Augustinus dicit ad venantium quis offerat corpus Christi nisi pro hiis qui sunt membra Christi / unde ad in canone misse non oratur pro hiis qui sunt extra ecclesiam / illis tamen prodest plus vel minus secundum modum devotionis eorum secundum Thomam. Utrum sumere plures hostias consecratas simul in eadem missa magis prosit sumenti vel etiam illis pro quibus sunt oblate quam sumere tantum unam. Responsio / ut sumpto pertinet ad rationem sacramenti sed oblatio pertinet ad rationem sacrificii / et ideo considerandum quod aliquis sumat corpus Christi semel vel pluries non acquirit aliquod iuvamen. Similiter est etiam dicendum quod si sacerdos consecrat plures hostias in una missa multiplicatur effectus huius sacramenti quia non est nisi unum sacramentum / nichilominus cum plus iteratis est in multis hostiis consecratum quam in una non potest nisi totus Christus / unde nec si aliquis plures hostias consecratas in una missa simul sumat percipit maiorem effectum sacramenti. In pluribus vero missis multiplicatur sacrificii oblatio et ideo multiplicatur effectus sacrificii secundum Thomam. et sic est finis istius quarti libri

Explicit quartus liber summe de casibus edite a fratre Astexano de Ast de ordine fratrum minorum.

Incipiunt tituli huius summe quinti libri

De virtute et sacramento penitencie titulus primus

Dimissa consideratione partis huius prime que est de sacramentis in genere et de tribus primis sacramentis scilicet confirmatione et eukaristia baptismo / sequitur consideratio pars que est de sacramento penitencie et de sacramento unctionis extreme. Primo autem dicendum de sacramento penitencie. Circa quod primo de virtute penitencie. Secundo de sacramento penitencie. Circa primum primo de penitencie virtute / 2° de eius origine et ordine. Circa primum queritur. penitencia [vel multis agendis] secundum rerum penitencia sit virtus et utrum sit virtus specialis. Videas secundum Richardum et quamplures alios doctores. Penitencia quatuor modis potest accipi / vno modo pro remedio contra peccatum mortale actuale per sacerdotes instituto et sic penitencia est sacramentum et non virtus / Alio modo pro habitu habilitatem hominem ad penitendum sub debitis circumstanciis et sic est virtus / 3° pro penitendi actu et sic non virtus sed virtutis actus / Quarto pro dolore sensibili peccato commisso qui sic precedat actum penitendi ipsum prouocet seu intendit. Si autem sequatur tamquam effectus ex illo intensione eius et perfectione ostendit et sic non est actus sed passio. Est igitur penitencia 2° accepta virtus / virtus inquam specialis / quod secundum Richardum patet probatur quod obiectum penitencie virtutis scilicet actuale peccatum / sub ratione qua est transgressio diuine legis vindicabilis et expiabilis per actum ipsius penitentis. Et quia sub ratione habet peccatum nullius alterius virtutis obiectum ~~virtutis~~ sequitur quod penitencie actus est per essenciam distinctus ab actibus aliarum virtutum / dicta virtutum in notescit nobis per actus / et distinctio actuum per obiecta / Est autem virtus penitencie reducibilis ad iusticiam quod patet per illud quod dicitur de pe. dis. iij. c. i. penitencia est quedam dolentis vindicta puniens in se quod dolet se commisisse / Vindicare autem maleficium puniendo pertinet ad rationem iusticie / hec Richardus. Cuius virtutis est actus qui est penitere. Videas secundum Scotum. Quod faciendum habemus in vocabulo penitere id est quod penam tenere. hoc autem non tantum importat passionem pene ut inuolentis [vel nolentis] sed etiam actionem volentis respectu pene. Unde penitencia actualis est penitencia voluntaria vel voluntas puniendi / Inhac autem multa considerare primo velle peccatum punire siue vindicare / 2° se peccasse nolle siue detestari / 3° punitionem iam inflictam velle libere acceptare / quarto pena iam inflictam pacienter inferre quorum quarto aut saluatur perfectas vocabuli scilicet penitere. Unde in hijs ipse videtur consistere iustum eius / sed aut quilibet horum esse actus virtutis quia potest esse actus recte rationis conformis non quod semper sit actus virtutis id est elicitus a virtute vel generatus a virtute sed quia conformis recte rationi in quo consistit bonitas moralis actus. Unde omnes predicti quatuor actus possunt esse iusticie proprie scilicet vindicatiue et sic actus virtutis penitencie. Unde pe. dis. iij. c. i. penitencia est quedam dolentis etc. vel sic Primus actus penitencie non potest esse actus virtutis parcie. Secundus autem et tercius possunt esse contingentis virtutis que est in appetitu puta humilitas que inclinat ad detestandum peccatum que soluit reatum superbie / castitas quantum ad peccatum ad peccatum luxurie et sic de alijs virtutibus appetitiuis. Secundum est penitencia secundum diffinitionem. Videas secundum magistrum Ben. iiij dis. xiiij. Est gracia vel virtus qua commissa et commendationis peccata mala plangimus et odimus et plangenda iterum committere nolumus. Et hec diffinitio de penitencia ad plus sufficiat quia completissima est tangit enim genus eius et actum et obiectum

[in margin: Acti 9 p i.]

[at foot: superbie / et acceptandum pena]

Dicit aute pma gra xpe similr effca
iustificatois plange no pmit ibi co-
mit p qnolibz planctu sine exteriori
sue interiori Intelligend eciam q dicit
plangimus no quia penitens sp sit in
actu plangendi sed quia abilis est
semp ad plangend Nota eciam quod
luge sive plange p pctis suis z sive
p malis alienis est nunc p bonis etns
est btitudinis luctus Sequit vide
de 2o articlo sz de origine et ordine
pnie Circa q qrunt plura sz Utrum
aliquis pnitere possit ex se ipo Pro pma
pt dici unomodo qnt qnetz detestacio
pcti comissi et hec est in dampnatis
sedm illud Sapie 5o pniam agentes
et pangu sps detestat eni pctm
q fecerunt ppt pena quam sustinet inde
Aliomodo sz detestatio pcti z contra
iusticia legis dei inspe venie Et hec
no z in eis Primo pnite pctm potest
quis ex sola natura sive aliqua gra
Sicut cum homo se natur diligit
ita natlr odit ome ppt q malu inferat
z inhst pma regnat voluntas mala
cum qua bom sit amica ppt q no
est deo accepta nec sit penitens i veit
gram nl venia Sedo pt accipi sive
gra nl gtiam faciente nl gtis data
et hec adeo disponit ad gram quod
nullus ~~q nullus~~ penitet qui no i venit
gram et veniam Et adeo nlli dat
deus huiui pniam nisi cui zponit
facere nniam Et quia dampnati hent
no hnt nt sup deum z nc hre pnt
ideo no possunt zsequi venia sed
si pmpossibile ponat q dampnati hent
hrent utiqz deus eis pcet hec ipi
est potissima causa irremediabilitatis
pcti dyabli quia sz no pt penitere
quia ~~in~~ liberu nl arbitrium eius et
etiam dapnatorum ita est inmalo ob
/ vo aut quare no pt penitere

stinatum q no pt uti ad penitendum
de malo advenientem penitend hmy aut
inmutabilitatis ratio pincipalis sumenda
est p zparacoem ad statum pertunt quia
sz sunt extra statum mendi Et hac
assignat dam in libro cao iiii d. Quod
hoc est angelis casus q homibz mors
unde sicut mendi statum hec zoit stati
in morte ita et angelus inprima casione
et hc zgte quia angelus est sba pure
spualis nullam hns retardacoem homo
no z compositus ex ipu corpe corruptibili
ipm spum agruatur et hic modus di-
cendi est 2m bon sup iiii sen et 2m quod
dot Aliosecdm aut scotu sciend quod
pctor pt ex suis natalibz cum gnali
influencia dei zsiderare pctm zmissi
et ut dei offensum et ut dei contra
legem / eius pt illud sub aliqua
nl plurib tlm ronm zsideratu detes
tari et ille motus gtinuari pt et in
tendi ante infusionem gre pt eos esse
suffi pfre zeusta debit zeustancijs
moralib Ille aut motus dicit attio
et est dispositio sive meritum de zgruo
ad delecoem pcti morlis In illo enim
instanti q pfixit deus esse dele tm
illius motus attionis que infpetuu
vult gtiam adhc ut sit meritum de co
gruo ad iustificacoem infundit gra
et sit sz manet id motus tm pctm
in esse nc et morlib qui prius tur id
motus qui pus fuit informis et at
tio et tunc sumpt pctm delet / pt eo
dici q si no gtiaret id motus i gne
nature et mor pus adhuc in illo
instanti gra infudet quia suffi us
meritum de congruo iam pcessit scilicz
motus attionis suffi zeustanto Et
scdm hoc dicer q no optet ad dele
pcti gtiare aliquem actum neqz for
tum neqz informe / z tantum actu

/ et ut a deo aversum et huiui et voluntas

/ 2c informatus sz gra fit contricio

prime informe precedit intus usque ad id instans per tamen via ... vide quia virtute est quod nisi contineret in illo instanti actum simul ... non haberet illud ad quod disponit. Secundo utrum prima concipiat timore. Videtur quod sic ut dicit magister sententiarum libro iii dis. xxiii. Adeo evidentia considerandum quod origo prime duplex est scilicet efficiens modo et disponens in publico quia deus non iustificat adultum sine sua operatione et non disponit ... nisi voluntaria est. Ideo non potest accipi unus modus disponendi determinatus ut semper sed in pluribus nam omnes sermones morales secundum philosophum ii ethicorum ut in pluribus sunt intelligendi non semper. Prima non est conversio hominis in peccato existentis ad deum unde oportet aliquid illuminans ad cognitionem peccati et dei. Et hec est fides informis per quam peccator cognoscit seipsum peccatorem et deum iudicem iustum mala omnia punientem et ut ... per peccatum ... tentem aliter numquam ~~penitet~~ aliquid non retrahens ab amore peccati et hic timor pene postquam enim homo se cogitat peccatorem et deum iudicem incipit timere dei iudicium et refugere penam aliter non aut inclinans in amorem dei et hec est spes informis nam ex quo cognoscit deum ut ... inclinat ad deum diligendum et de eius misericordia sperandum aliter desperaret nec penam puniret. Sic igitur ex cognitione proprie culpe et divine iustitie generatur timor. Ex cognitione divine misericordie spes et ex hiis voluntas recedendi et ei per gemitum et alias penas satisfaciendi et sic incipiat facere quod in se est disponitur ad iustificationem quia ergo timor inchoat motum recedendi a peccato ad deum. Fides non solum ad hoc disponit. Spes autem ad hoc promovet sed non concipit. Ideo origo prime magis appropriatur timori quodammodo disponentis cum fidei vel spei magis attribuitur conceptus prime timori cum generatur quia generare est principium effectivum sed conceptus receptivum. ~~pe~~ Secundo quo timore prima concipitur. Videtur timore servili qui respicit penam ut tamen ostendimus quod sit cum ea quia est causa eius in se non esse. Sicut enim sumptio medicine est causa salutis non tamen est simul cum ea sicut enim concipiens est simul cum concepto non secundum esse completum sed inchoatum et malitie. Sic timor servilis est cum penitentia quo adultum. Tertio utrum prima sit prima virtutum. Videtur quod sic scilicet in via reformationis virtutum. Dicendum enim quod virtutes omnes formate sunt simul sunt unde in eis non est prioritas secundum tempus tamen secundum ordinem nature in operatione ad deum est in eis ponitur prima non est conversio ad deum in motu non conversionis precedit contritio. Sequitur motus in recessu a vitio consequitur actus appropinquatio ad deum adequate sicut est quod iustificare per est motus fidei deinde motus timoris et deinde motus prime ad deum redeuntis. Sed quia fides et spes non habent rationem perfectam virtutis nisi secundum quod sunt informate caritate ideo prima non valet precedit ob virtutes secundum esse virtutis completum quod intelligendum est per viam reformationis ymaginis quia per primam fit amotio prohibentis habitum quod super illud ... primam agite. Et Glosa prima virtus est per primam prime veterem hominem exuimus non prime formationis fides prior. Hec ~~...~~ de sacramento prime.

Postea considerandum est de sacramento prime. Et primo utrum prima sit sacramentum et secunda tabula post naufragium. Secundo de materia et forma. Tertio de necessitate. Quarto de institutione. Circa

9. penitencia queritur plura scilicet utrum penitencia sit
sacramentum Videtur sicut patet ex predictis
sacramentum dicitur illud esse quod consistit-
one diuina sub aliqua re visibili sancti-
ficat Est autem duplex penitencia ut dicit magister
sen. libro 4 distinctione (dictis omnibus) interior tamen que est
de iure naturali quedam exterior que fit
ad arbitrium hominis prima non est sacramentum
proprie 2a est sacramentum Est autem
magister sacramento res peccati remissio per gratiam
exterior penitencia in qua est humiliacio con-
fitentis tamquam materiale et absolucio con-
fessoris tamquam formale res non et signum
interior penitudo Sed convenit cum eo contra
tho. et Re Notandum non quod interior penitencia
sit dicitur duplex vel sumitur est quidam
actus proprie et sic est actus virtutis Et tamen
causa penitencie exterioris sicut alii actus
virtutum interiores sunt causa exteriorum
vel sumitur coniungitur penitencie exteriori in proposito
et sic est pars sacramenti penitencie valens
ad remissionem peccatorum Intelligendum
etiam quod res sacramenti pars dicitur quod remissio efficit
sacramentum et hoc vel actu dispensatum
vel proposito susceptum quia ergo remissio
peccatorum actualis presupponit semper ut
tam sit sacramentum penitencie vel in actu
vel proposito ideo dicitur vere res huius sac-
ramenti Sed ~~tripliciter~~ utrum sacramentum penitencie
sit unum Videtur quod sic scilicet unitate ordi-
nis vel finis quia totum quod ibi agitur
~~vel geritur~~ ordinatur ad unum significandum
et efficiendum ita quod nichil eorum perfecte
illud significat et causat sed omnia simul
eorum unus quantum ad propositum nam
qui nunc contritus proponit confiteri et satis-
facere hoc bene Unde hoc sacramentum
~~illud sacramentum~~ penitencie non requirit tantam
tam continuacionem dicendorum et agendorum
quantam exigunt alia sacramenta Sed
penitentem quandoque audiuit aliquis presbiter
una die et presbiter alia die quandoque una

^ Si obiciatur quod non sit sit

(margin: et est res penitencie exterioris et sic non remissio peccatorum)

die audiuit confessionem et in alia die ab-
soluit et penitenciam iniungit Quandoque etiam
de quibusdam peccatis absoluit et eos
ab aliis absoluendos mittit ad alios Sed
2o utrum penitencia congrue dicatur a ieronimo
2a tabula post naufragium Respondeo quod sic
sumitur est sacramentum et hoc methaforice
et similiter baptismus dicitur prima tabula
quia sicut nauta naue fracta adherendo
alicui tabule euadit maris periculum Ita
etiam postquam humana natura in adam
naufragauit et innocenciam perdidit
per eius peccatum homo parvula (?) huius mundi
euadit per baptismum et penitencie sacramentum
Sed baptismus prima tabula appellatur
penitencia non 2a quia primo occurrit baptismi
remedium cuius sanctitas si fuit perdita
per peccatum non restat remedium nisi penitencie
ad euadendum peccati naufragia et ad per-
ueniendum ad portum salutis Sequitur — articulus 29
videre de 2o scilicet de materia et forma huius
sacramenti Circa quod sciendum quod proxima
materia huius sacramenti sunt actus penitentis
sicut patet ex predictis Remota non ma-
teria sunt peccata de quibus dolet et de
quibus confitetur et pro quibus satisfacit peccata
in quantum non acceptanda sed destruenda
et detestanda Absolucio presbiteri est sicut
forma secundum Thomam et concordat cum bonaventura 2 parte
2m autem Richardum absolucio non est
sicut forma sacramenti penitencie vel eo modo
quo dicitur pars principalior domus integra-
lis esse forma sicut dicunt homines quod
tectum sit forma domus et sic sunt
improprie forma Sed forma huius sacramenti
sit ordo ad significandum et disponendum
efficiendum peccati remissionem et respectu
cuius forme contricio confessio satisfaccio
absolucio sunt materiales forma autem
absolucionis hec est Absoluo te ab omnibus
peccatis tuis et sumitur ex verbis Christi que
dixit petro capitulo 16 Quodcumque solueris super terram

erit solitum et melius. Et ea utit
eccl(es)ia in absolucione sacramentali. Hinc
aut absolucionis in publico fce salis
inspicat tm vl m̄r est et indulgen-
ciam no sunt sacramentales sed sunt
orones ordinate ad remissionem pctor(um)
venialium. Unde in sacramentali absolucio
ne no sufficeret illas dicere qua psbr
no signat pcas absolucionem sed petit
ut fiat. Cum p dcas queruit. 3o aut ex eo
convenie dicte forme ℥ quia sacramenti
nove legis efficat q(uod) sigt ut dictum est
sup(ra). Et io effectus sacramenti debet ex
tus significari in absolucione aut psbr
psbri semp insp sit defectus apte con
fitentis ex ordinatione diuina remittunt
pcta Ioh xx quorum remiseritis pcta
re eis. que sunt sic intelligenda q(uod)
dz pcti vincula s(ecundu)m id ps. disrupisti
vincula mea. Huiusmodi aut remissio significa
tum dicit ab solvo te ymo m indicatiuum
Et ideo est quen(ie)ntius forma. Premittit
tamen deprecacio ꝑ in specia ut p(er) effectus
absolucionis no impediantur. no est tam
decesse sacramenti sed debere esse eius
s(ecundu)m thomam. Absoluit em deus p
ministeriu psbri. ministerium verbis eius assistat
ad graciam infundendam. Unde absolucio
psbri est causa sine qua no. quia sic
ca vl facto vl voto suscepta no re
mittunt post bap(tis)mum pcta tn pdictis
sunt Alii et Rich de media tamen
psbit sicut minister absoluit conveniet
apponit aliquid q(uod) pertineat ad prima
auctem dei p(er) ut dicat. Ego te ab
solvo in nomine patris et filij et spus
sancti aut virtute passionis xpi vl
auctoritate dei sicut dyonisius exponit
xiij c. celes ierar. quia tamen hoc
no est declaratum ex verbis xpi sed
in bap(tis)mo talis appositio relinquit arbitrio
sacerdotis s(ecundu)m tho. Sequit(ur) vide de 3o

Arti 3.

articulo p(er) de necessitate sacramenti penitencie.
Circa quod queruntur plura. Utrum
hoc sacramentum sit de necessitate salutis. 1o
q(uod) sic luce viij. Si penitam no egeritis
omnes simul vna peribitis. Sciendum tamen
est. Aliquid est necessarium ad salutem dupl(iciter).
Uno modo absolute. Alio modo ex suppositione. ab
solute quod ℥ necessarium illud sine quo
nullus salutem consequi pt. sicut gra
xpi et sacramento bap(tis)mi. p(er) quod aliquis
xpo renascit(ur). ex suppositione aut est
necessarium sacramentum pnie q(uod) quid(em)
no est necessarium omnibus ℥ pctis sub
iacentibus. dicit em 2o paralipomenon
vlt. domine misericors no posuisti pniam
iustis abraham ysaac et iacob his que
tibi no peccaverunt. pctum aut cum
consumatum fuit generat mortem Iac.
po. Et ideo necessarium ad salutem pctorum
q(uod) pctum ab eo removeat(ur). q(uod) fieri no
pt sine sacramento pnie in quo operat(ur) ad
destruccionem virtus passionis xpi p(er) ab
solucionem sacerdotis cum actu. sunt tu ope
penitentis q(uod) cooperat(ur) ad destruccionem
pcti. Unde dicit Aug. sup Iohannem
qui creavit te sine te no iustificabit
te sine te. Unde patet q(uod) sacramentum
pnie est necessarium ad salutem post pctum
sicut medicacio corporalis postquam
homo morbum periculosum incideret
sec tho. Sequit(ur) vide de quarto
p(er) de institucione pnie. Ro. Circa
q(uod) queritur cur quis et ubi et a quo in
stitutum est sacramentum pnie. Ro.
de pnia ℥ loqui dupl(iciter). Uno modo put reco
ciliat deo. et sic est de dictamine le
gis nature que dictat de pcto conteri
et humiliari debere cum quadam fidei
illustracione. et sic tho sacramentum potius
℥ insinuacionem quam institucionem
eo cum q(uod) natura dictabat insinuare
sufficiebat. tunc aut dominus i pnia

bat quidem post peccatum adam vomit/ Gen. iiiᵒ vbi dicitur in Glo. quod monebat eum ad cor redire iuxta illud propheticum Redite prevaricatores ad cor. Aliomodo est loqui de penitencia secundum quod est sacramentum ecclesie et sic institucionem habet a lege scripta sive mosayca sive ewangelica quia non dum erat veritas patefacta nec reconciliacio perfecta institucionem habuit imperfectam scilicet quantum ad generaliter indeterminate ablacionem que erant loco confessionis et satisfactionis. In lege autem nova ubi veritas est patefacta et reconciliacio plena instituta fuit secundum statum perfectionis et quantum ad formale quod est absolucio sacerdotalis et quantum ad materiale quod est lucida et apta confessio non solum in generali ~~incipit~~ verum eciam in speciali. Primum dominus instituit ipse et promulgavit scilicet clavium potestatem Mt. xvjᵒ et Joh. xxᵒ // Secundum non institutum fuit per apostolos vel ut inquid melius dicam promulgatum quia dominus apostolos docuit et ipsi a domino edocti et auctoritate ab eo accepta primo eius auctoritate promulgaverunt non enim nobis tradiderunt nisi quod ipsi a domino vel spiritu domini acceperunt 2m Bon. Recolligendo ergo predicta de institucione penitencie breviter dicendum quod penitencia instituta est quantum ad actum interiorem a lege nature et quantum ad actum exteriorem a lege mosayca que precipiebat pro peccatis quedam sacrificia sed quo ad modum determinatum in lege nova que preter satisfactionem et confessionem ad arbitrium hominis proponere faciendam et factam et ab hoc ~~au~~ vlco scilicet quod sit sacramentum et causa remissionis peccatorum sed pe-
Aliqui dicunt quod sacramentum penitencie

in mente fuit institutum a Christo et secundum omnes predicatores fere ante eius Christi passionem instituit hoc sacramentum quantum ad interiorem contricionem penitentis et operis satisfactionem. Tunc dixit Luce vᵒ non veni vocare iustos sed peccatores ad penitenciam et per alia verba quibus ad penitenciam invitabat maxime cum dixit nisi penitenciam egeritis omnes simul peribitis Luce xiijᵒ. Confessionem autem implicite in ... tunc dixit leproso vade ostende te sacerdoti Luce xvijᵒ. Absolucionem autem in misterio cum lazaro resuscitato dixit solvite eum Joh. xjᵒ. Expresse absolvendi potestatem non dedit nisi post resurreccionem tunc dixit eis ut habetur Joh. xxᵒ Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata etc. quo ad potestatem iurisdictionis super totam ecclesiam promisit se daturum petro tunc dixit ei Mt. xvjᵒ Tibi dabo claves regni celorum et quodcumque ligaveris super terram, non tamen tunc dedit. Unde decretum Anacleti dist. xxj in novo testamento exponendum est de promissione secundum Glossam ibidem. Non tamen tantum tunc se promisit daturum potestatem iurisdictionis sed eciam potestatem absolvendi et ligandi in foro penitencie quam post resurreccionem cum aliis discipulis accepit sed potestas iurisdictionis super totam ecclesiam sibi soli fuit data ipse et successoribus eius [illegible] Christus post resurreccionem dixit ei pasce oves meas Joh. xxjᵒ. Quod potest probari per illud quod habetur v. dist. considerando et c. fidelior de elec. Signum. Sed dicitur Et de hoc vide infra decimo de institucione confessionis sed dicitur Scot.

De quibus penitencia est agenda Secundum. ty. 3us

Deinde considerandum de quibus penitencia est agenda. Et circa hoc queruntur plura. Primo scilicet utrum penitencia sit agenda de peccato originali. Videtur quod non quia penitencia non est nisi de peccato

proprio et voluntario Originale autem non est factum proprium et voluntarium voluntate in ipso sed in alio Ideo penitentia in eo non requiritur in alio tamen illo considerato requiritur displicencia eius sicut et cuiuslibet mali Ideo dicit Augustinus li. de cor. et gra ꝙ peccator pro originali est arguendus sive ne in illo velit permanere

Sed post Utrum de peccatis ante baptismum

Respondeo huiusmodi habetur supra de suscipientibus baptismum quomodo vero penitentia requiratur ante baptismum

Utrum de peccatis mortalibus perpetratis post baptismum Respondeo ꝙ sic Quia baptismus cum datur contra ad purgationem peccatorum preteritorum non autem ad confirmationem contra peccata futura unde post baptismum potest homo peccare et quia iterum baptizari non potest penitencie remedium ei unica divina providit Sed contra ad hebr. x° voluntarie peccantibus nobis non relinquitur hostia pro peccato Respondeo Apostolus loquitur de hostia que ad effectum passionis in baptismo Si vero obicitur illud Joh. xiii° Omnis natus est ex deo non peccat Dicendum ꝙ intelligendum est ipse non peccat secundum inquantum sed ex deo natus Sed nichilominus peccat inquantum est ex deo natus sed nichilominus peccat in quantum peccare potest

Sed post Utrum possit agi de quolibet actuali peccato Respondeo ꝙ sic dum est cum spiritus unitus carni a separata carne quia ille sed suscepti penitencie. hic non 2° dam hinc est ꝙ de omni peccato commisso ante in carne contra dum est in carne penitencia agi potest secundum Crisostomum etiam si ad summum perveniat quis malorum deus libenter suscipiet penitentem post separationem non a carne non potest Remittuntur tamen peccata quedam de quibus penitencia difficilius agitur que sz non remittitur ꝙ fragilitate carnis vel ignorancia obnubilate

[margin: nota pe mendi et c peccatum]

racionis peccantur sed criminalia sicut peccata spiritus separati Ideo difficilius agitur penitencia de hiis quam de aliis et de talibus peccatis potest intelligi illud cap. xiii° Qui dixerit verbum contra spiritum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro non remittetur ei i. vix quia non de facili quia tale peccatum non habet in se causam excusationis quia pro tali peccato punitur aliquis in hoc seculo et in futuro vel verbum illud est finale impenitencia ut dicit Augustinus in libro de verbis domini Sed finalis impenitencia dicitur dupliciter Uno modo propositum in spiritu sancto finalis penitencie est perpetuacionis et sic dicit condonationem cuiuslibet peccati finalis

Secundo potest dici penitencia esse secundo non quia sit nichil aliud sed quia perpetuacio penitencie

Sed post Utrum requiratur penitencia pro contritis de peccatis mortalibus Respondeo contritio potest considerari dupliciter Secundum quantum ad sui principium puta cogitationem qua quis cogitat de peccato et dolet et sic non dolore contritionis saltem attritionis

Et quantum ad sui terminum puta quando dolor ille iam gratia informatur quantum ergo ad principium oportet ꝙ sit de singulis peccatis que quis habet in memoria 2° super illud ps. lavabo per singulas noctes Glo. per singula peccata omnia quantum non ad terminum sufficit una qua quis deo convertitur cum ille motus agit vi. omnium dispositionum precedencium Hec tho. Intelligendum autem ꝙ peccata mortalia aut sunt homini nota aut ignota

De notis necessaria est contritio et penitencia ad hoc ut remittantur de lege communi non tamen in quam sed in speciali Sed ad contritionem in speciali de quolibet assit proportionata iuxta opportunitas infinitatis ... quia posset contingere ꝙ peccator esset in tali periculo ꝙ quamvis posset cogitare

Ignota aut quoad se ignota quantum ad factum non aut quantum ad ius

de quolibet in speciali non tamen habet oppor-
tunitatem proportionatam humane fragilitatis
ignota aut quantum ad ius ut cum
peccator nescit se aliquid fecisse quod
tamen scit esse peccatum mortale vel sunt
ignota quantum ad ius non aut quantum
ad factum ut cum peccator scit se aliquid
fecisse quod non credit peccatum mortale
et tamen est Aut sunt ignota quantum
ad victus quoad illos et quoscumque illorum
modos accipiatur ignorancia subdis-
tinguendo quia aut est invincibi-
lis et de peccatis sic ignoratis non est
penitencia necessaria in speciali sed sufficit quod
de illis peniteat in communi in quantum
penitet de omnibus mortalibus Si aut
ignota sunt secundum ignoranciam affectatam
que est quando homo vult ignorare
vel crassa que est quando ignorans
posset scire non tamen vult ita efficaciter
inquirere quantum patitur sue permittit
fragilitatis facere quod ipse est ad hoc
ut sciat de mortalibus istis duobus
modis ignoratis tunc est penitencia
in speciali nec tamen sic ignorans
est perplexus quia potest facere quod ipse
est ad hoc ut sciat quod si fecerit aut
sibi deus ea manifestabit aut
indulgebit Illud aut ambo super
illud Vos nunc ignorantes corrumpe
peccatis quia ignoratis loquitur de quan-
titate peccati non peccati Circa penitenciam
requiratur de peccatis sciens commissis
et postea oblitus Respondeo aut est oblitus
in speciali et recordatur in generali et
sic tenetur penitere et confiteri
in generali de negligencia sua propter quam
venit in illam oblivionem et tenetur
facere quod quod ipse est ut recordetur
in speciali et post recognitionem ...

aut est oblitus in speciali et in generali
et sic adhuc tenetur penitere in generali
non sub condicione sed sub probabili esti-
macione // Debet enim homo probabiliter
credere quod in multis offendit quos
non meminit et sic comprobat estimacione
debeat sicut si esset certus esse peni-
tens et contritus habet Bonaventura Circa obi-
citur hic Glossa super illud Ad Corinthios in nichil mi-
chi conscius sum sed non in hoc iustificatus sum
in Glossa quia potest latere quod nescias ergo
peccatum latens potest impedire iustificacionem
ergo exigit penitenciam Respondeo Si peccatum la-
teat per negligenciam impedit iustificacionem
aliter non Circa penitencia sine contricio requiratur
de omnibus circumstanciis mortalium peccatorum
videtur quod sic Glossa dicit Augustinus
Quod homo debet confiteri de singulis
circumstanciis Respondeo Circumstancie quedam
trahunt in aliud genus peccati et quedam
non Contricio de circumstanciis primis est
in precepto sed contricio de secundis est
in consilio Illud tamen preceptum non
obligat ad secundas quando est locus et
tempus et quando penitens ita se
maturavit et sensualitate dominetur
quod ad cogitacionem circumstanciarum ignis
concupiscencie non calescit sed magis
indignatur voluntas tunc enim debet
talia recogitare maxime qui est
magni ordinis et geniti alias debet
talia pocius abigere quam ruminare
maxime in peccatis carnis in quibus
habet homo inimicum intra se quod
pungit dicitur prima Corinthios vi Fugite for-
nicacionem q d non tantum in volun-
tate vel opere sed eciam in recogita-
tione h Bonaventura Circa penitencia de veni-
alibus peccatis sit dicta Respondeo Secundum
Richardum de peccatis venialibus penitencias esse

nitiam duplex potest intelligi / sz aut quod sit necessaria ad eorum remissionem / aut quod sit necessaria ad salutem / Primo de lege communi prima est necessaria de peccatis venialibus explicite, in speciali vel in communi / quia dum cum voluntas inordinationem actualiter habet oportet esse eam inordinatam / ¶ Primo ad remissionem venialis peccati necessarium est quod voluntas deponat inordinationem inherentem / nec tamen hoc sufficit de lege communi Sed etiam requiritur quod inordinationem preteritam actualiter detestetur explicite vel implicite / ut illa detestatio sit totius emende solutio et radix seu fundamentum totius solutionis aliqua enim emenda pro quacumque voluntaria inordinatione deo debetur / Secundo non est necessaria de venialibus peccatis prima pro in hac vita / quia simul stare possunt cum gratia / nitiam virtute cum eo voluntas detestatur post mortem in purgatorio remittuntur / particulis tamen est necessaria penitentia de illis in hac vita / sz aut ratione dubii probabilis ut quando vehementer homo dubitat utrum peccatum sit veniale aut mortale / tunc enim si de illo non penitet exponit se discrimini tamquam contemptor sue salutis / aut ratione periculi sz quando perpendit homo aliquam affectionem deordinata venialem tantum in ipso intendi quod probabiliter timeretur quod nisi ea pre primam abiciat trahat ipsum in peccatum mortale / aut ratione statuti quando sz homo non habet nisi peccatum veniale cum teneatur semel in anno confiteri per statutum ecclesie Sz hoc ultimum non concludit quod sit necessaria prima ut ... Si homo non habet nisi peccata ve-

vel implicite

Aliqui vero sic distinguunt sz quod venialia

nialia / esto quod de illis non peniteat ea confiteri suo presbitero non est capastici statuti transgressor / De quolibet tamen veniali implicite vel explicite est necessaria prima in hac vita vel in alia / ad hoc quod homo consequatur vitam eternam / quia nullum peccatum quantumcumque leve simul potest esse cum gloria habet Rich. et concordat Bonaventura et Pe. // Scotus non dicit quod statutum ecclesie non astringit tantum habentes venialia / quedam sunt ex temptatione et de hiis non tenentur homines confiteri nisi de consensu pleno succedat ex cogitatione voluntate vel consensu / vel cogitatio de rebus vel delectatio de consensu vel circa consensum in delectatione et de hiis tenetur homo penitere non simpliciter sed in casu sine ploro vel tempore sz quando sibi recogitat ne si consentiat cadat / quia non sunt cum voluntate et consensu ut mendacium iocosum et huiusmodi / que pro multitudine augent libidinem tenetur homo penitere ne multiplicentur et dispositum se committat / Sed de hiis sanum est consilium secundum Augustinum sustinere penam et hic modus dicendus est secundum bonum. Sed obicitur illud Gregorii quod est gutta aque ad caminum hoc est veniale ad fervorem caritatis sed fervor caritatis potest esse sine contritione / potest enim aliquis fuerit in devino conti et tamen de peccato non dolere / quod est contritio / ergo veniale potest dimitti sine contritione Respondeo licet fervor caritatis posset esse dum homo stetit in devino motu caritatis / tamen in illo motu continetur implicite displicentia venialis unius vel plu-

nisi cum quia si fuerit solum inde displicet ei quidquid ad eos retra re tardat Unde potest esse tam fervens ca ritatis motus in eodem quod omnia venia lia consumit etiam sine actuali cogi tatione ipsorum. Obicitur etiam quod aliquis cum in veniali potest dormiens mori et sic liberet quod statim evolat ut si ipse fidem prius confessam occidatur sed dum dormit non potest conteri ergo cum ei etiam veniale dimittatur videtur quod sine contritione possit ve niale dimitti. Respondeo quod passio pro Christo suscepta obtinet vim baptismi ut dictum est supra et ideo purgat ab omni ve niali et mortali nisi inveniret volun tatem actualiter obsistente. Et ideo illud peccatum veniale quod forte etiam post confessionem fuerit incurrerit non retardat eum quin evolet alias autem qui moriuntur dormientes dimittitur illud veniale etiam quo ad culpam post mortem. Hec Thomas. Contra ad primam peccatorum venialium requiritur quod non tantum de preteritis doleat sed etiam de futuris caveat proponat. Respondeo non nam homo in gratia constitutus potest vitare omnia peccata mortalia et singula peccata vitare de venialia sed non omnia ut in libro 2° dixi. Et ideo prima de preteritis venialibus mortalibus requirit. Sed ad primam venialium requiritur quod homo proponat abstinere a singulis non tamen ab omnibus quia hec infirmitas hominis vite non patitur. Et ideo in contritione de veni alibus non exigitur propositum non peccan di veniali sicut in contritione de mortali exigebat sed quod displiceat ei et peccatum preteritum et infirmitas qua ad veniale inclinatur licet ab eo in omnibus esse non possit debet

(quod homo proponat abstinere ab omnibus et singulis mortalibus

tamen habere propositum se impendi ad peccata venialia vitanda alioquin esset ei periculum deficiendi seu tollendi impe dimenta spiritualis profectus que sunt peccata venialia. Hec Thomas. Sequitur de effectu penitentie titulus quintus.

Postea considerandum de effectu penitentie et primo quantum ad remis sionem peccatorum mortalium 2° quantum ad re missionem peccatorum venialium 3° quantum ad redditum dimissorum peccatorum 4° ad restitutionem virtutum. Circa primum queritur plura scilicet utrum per primam peccata tollantur. Respondeo secundum Scotum. Sicut adul tus ~~primus~~ gratiam delente originale potest habere duplici via vel per receptione baptismi. Ita etiam gratiam delente peccatum actuale mortale potest habere duplici via scilicet per penitendi actum et peni tentie sacramentum in prima requiritur ad susceptionem gratie motus meritorius de congruo in secunda non requiritur talis actus quin sufficiat ad minimum de congruo sed sufficit voluntaria receptio sacra menti penitentie sine fictione id est cum in tentione suscipiendi quod constat etiam et sine obice peccati mortalis tunc enim recipit effectum sacramenti penitentie id est gratiam penitentialem et hoc non ex merito sicut in prima via sed ex pacto dei assistentis suo sacramento ad id ad cuius effectum adeque instituit ipsum et hoc in ultimo pro lationis verborum absolutionis alias non assistet quo sacramentum penitentie est secunda tabula si nunc per illud ut est sacramentum recuperari possit gratia sed ~~tamquam ut~~ tantum passionem tamquam per dispositionem completiva. Mathei 6 et 26 et Johannis 20° Quorum remiseritis peccata ~~vel non~~ ~~inquid~~ ~~committat~~. Si obicitur quod contra quod

arti 9 p 9

[illegible] sed ut quod sufficiat de in ultimo motus

instanti

formam et perfectionem ex parte per dispositionem

Augustinus dicit super illud psalmi dixi con-
fitebor iniustitiam etc. non inquid promittat
sed promittit se pronunciaturum et deus
dimittit. Secundum quod confessio non sequitur quod
per sacramentum penitencie dimittitur non quia
si illa alia dimissio quantum non esset non
deficit sed que minus requirit sibi inten-
tionem recipiendi sacramentum sine
obice contra eius effectum. Hec Scotus
Utrum penitencia requiratur necessario ad hoc ad
deletionem peccati mortalis. Quarto hic primo
Scotus. Ad maiorem intelligenciam
videndum utrum in peccatore cessante omni
actu peccati maneat aliquid a quo dicatur
peccator quia si nichil maneat videtur
quod per penitenciam nichil deleri possit.
Circa hoc ergo sciendum secundum eundem
quod non manet in eo aliquid reale ab-
solutum vel respectum positivum vel priva-
tivum a quo dicatur peccator quia si di-
catur manere aliquid derelictum ab ac-
tu peccati illud non est formaliter peccatum
quia potest esse in iustificato sicut ha-
bitus viciosus vel disposicio ad illum
manet in iustificato subito quod patet
quia in principio est pronus ad incli-
nationem illius habitus viciosi consequen-
dum sed pugnando contra eam
mitetur et acquirit habitum contrarium.
Manet autem quedam relacio ra-
tionis in quantum est obiectum intellec-
tus vel voluntatis dei quia post-
quam quis peccatum commisit intellectus
dei providet et voluntas eius ordi-
nat eum ad penam correspondentem
peccato pro omni tempore donec pena sit so-
luta. Predicta autem relacio rationis
sive ordinacio ad item penam prout est
dispositio ... dicitur macula eius
secundum non quod est formaliter obligatio

ad illam penam dicatur reatus. Secundum autem
quod est actus voluntatis divine dicitur
offensa. Iudeo enim irasci vel offendi
nichil aliud est quam velle vindicare
pena tali. His visis dicendum ad questionem
principalem quod illud quod deus sic remanet
in peccatore post actum peccati deleri
potest et quoque deletur secundum illud symbolum
remissionem peccatorum id est deus est remis-
sivus peccatorum et quoque remittens peccatum
non remittit autem deus sine pena
vel aliquo equivalente in acceptacione sua
propter quod cum per peccatum offenditur deus offens-
io vel ira eius vel detrimentum est velle vindicare eius
vel aliud sufficiens ad placandum con-
sequitur quod cuicumque peccato posito deus in-
vindicare se de potestate. Hoc autem velle
est punire. Ergo ad hoc ad deletionem peccati
requiritur aliqua punicio vel aliquid equi-
valens in acceptacione divina [illegible] non
per quamcumque punicionem delet peccatum sed per
aliquam sic et per aliquam non ut patet
de pena ~~peccatoris~~ dampnatorum et de illa pena que
statim sequitur culpam secundum id Augustini
libro confessionum iussisti domine et sic
est ut pena sit sibi secundum quod quicumque peccator sui
punicionem autem que peccatum delet et punicionem
que non delet non est aliqua differencia
ita probabilis sicut dicta voluntarium et in-
voluntarium tamen quia punicio dampnatorum
longe maior est punicione viatoris
per quam eius peccatum deletur per quod
patet quod maius et minus non faciunt
differenciam vel punicionem delentem peccatum
et non delentem eum. Quia videmus
in offensis quod pena vel displicencia
voluntaria placat offensum non autem
omnis involuntaria et cum minima
accepta igitur rationale est si per aliquam
penam deleri habeat offensa et per
aliquam non quod pena voluntaria [illegible]

requiritur ad deletionem peccati / Ex predictis
igitur patet quod ad deletionem peccati mortalis
post baptismum commissi requiritur penitencia volu[n]- (talis vel voluntas penitencie)
et per consequens penitencia sine qua nemo ab illo
esse potest / penitencia inquam actualis id est actus
penitendi in distincte accipiendo actum
penitendi ad quemlibet actum supradictorum /
Intellige tamen quod ad deletionem peccati
non requiritur simpliciter actus iste penitendi
tendi / quia deus posset si vellet re-
mittere peccatum sine omni actu eius cui
remittit / posset eciam remittere peccatum alicui
quem instantem sentientem dilectionis
in deum / sine quocumque peccatorum actum
subitanea racione / puta in actu suo
ius ad martirium statim sustinendum /
ubi forte non esset cogitacio de aliquo
peccato prius commisso nec per consequens aliquis
illorum actuum et hoc formaliter / licet
virtualiter in illo motu esset actus
penitendi / Iterum requiritur ad hoc ut
peccatum mortale deleatur / quod regulariter
debet fieri illud quod fit secundum regulas
determinatas a propria diuina / quarum una
est / quod peccatum commissum non deleatur sine
disciplina eius / ad quam reduci possunt
alii tres actus penitendi / Utrum per
penitenciam possit unum peccatum sine alio mortale re-
mitti sine alio / Respondeo quod non / quia esset
contra perfectionem divine dei cuius perfecta
sunt opera ut dicitur deuteronomio xxxii Unde
cuius miseretur totaliter miseretur Et
hoc est quod Augustinus dicit in libro de
penitencia et habetur de pe. dis. iii. c. Sunt
qui opponunt / quod quedam impietas in-
fidelitatis est ab illo qui iustus est
dimidiam sperare veniam / Utrum remissa
culpa per penitenciam remaneat reatus
Respondeo quod potest remanere sicut enim
qui hominem et deum offendit

(secundo et tercio supradictum est quod actus penitendi)

super peccat / quia contra equalitatem ami-
cicie inquantum affectum debitum non
impendit / et contra equalitatem iusticie
inquantum illi rem vel honorem vel
obsequium subtrahit / ergo ergo utrum-
que restituere / et quia restituta amicicia
non statim restituitur res ablata / ideo
post remissionem culpe remanet rea-
tus pene satisfactorie secundum Thomam
Utrum remissa culpa mortali tollatur
omnes reliquie peccati / Respondeo hic non oportet
nam peccatum mortale ex parte conversionis
in ordinate ad bonum commutabile
quandam disposicionem causat in anima vel
eciam habitum si actus frequenter iteratur
Sicut autem dictum est culpa mor-
talis peccati remittitur inquantum tollitur
per graciam aversio mentis a deo / sublato
autem eo quod est ex parte vel ex parte
aversionis nichilominus potest remanere illud
quod est ex parte conversionis inordinate
cum hanc contingat esse sine illa
sicut prius dictum est Et ideo nichil pro-
hibet quin remissa culpa rema-
neat disposiciones ex precedentibus
actibus causate / que dicuntur peccati reli-
quie / remanent tamen debiliter et
diminute / ita ut homini dicuntur magis
per modum disposicionis quam per modum
habitus Sicut etiam remanet fomes post
baptismum Contrarium communiter est quod dicit
Augustinus libro de penitencia Nunquam dominus
aliquem sanavit / in sabbato quia (que omnino non liberavit / tam enim hominem sanavit)
corpus ab omni infirmitate / et animam
ab omni contagione / Respondeo deus toti
hominem perfecte curavit / sed aliquando subito
sicut socrum sancti petri statim
restituit perfecte sanitati / ita ut
surgeret et ministraret illis sicut legitur
luce iiii° Aliquando autem successive

sicut dicitur decoloratio et illuminatio
ca° viii° Et ita etiam spiritus quandoque tanta
commotione concutit cor hominis ut subito
consequatur bonitate perfecte spiritualem
non solum remissa culpa sed sublatis
omnibus peccati reliquiis ut patet de
magdalena luce vii° Quandoque autem
prius remittit culpam per gratiam ope-
rantem et postea per gratiam cooperantem
successive tollit peccati reliquias hec
Artic 29. Tho(mas). Circa secundum quod remissionem venialium
requiruntur plura scilicet peccata. Utrum peccata ve-
nialia sine pena inferni possint
dimitti. Respondeo huius questionis habetur in titulo
immediate precedenti ~~precedenti~~ ultima
questione. Utrum venialia deleri possunt
sine gratia. Respondeo quod non omne enim peccatum
aliquomodo fedat et aliquomodo ipsam
deordinat et necesse est quod hoc quod
deo displiceat. Omnia igitur nota dis-
plicencie minima que esse possit sine
spiritu qui reducit ad complacentiam et
amicitiam auferri non potest. tenendum est
omnino deorum peccato generaliter quod nullum
omnino potest deleri sine gratia quantum fa-
ciente. Sic enim docent nos divina sapientia
sancte et hoc dicunt sancti et sonat
scriptura que ponit maxime gratiam
esse necessariam ad delenda peccata. Utrum
ad remissionem venialium peccatorum requiratur
gratie infusio. Respondeo non. nam unum quod
tollitur per suum oppositum. peccatum autem
veniale non contrariatur gratie habituali vel
caritati. sed retardat actum eius
inquantum nimis inheret homo bono
creato. licet non contra deum. Et ideo
ad hoc quod peccatum veniale tollatur non
requiritur quod infundatur aliqua gratia
habitualis sed sufficit aliquis motus
gratie vel caritatis ad eius remissionem.
quia tamen in habitibus usum liberi
arbitrii in quibus tantum possunt es-
se peccata venialia non contingit esse infu-
sionem gratie sine motu actuali li(beri) ar(bitrii)
in deum et in peccatum. ideo quandocumque de-
novo gratia infunditur peccata venialia in-
fundenti remittuntur hec Tho(mas). Unde no-
ta quod sicut in corpore contingit esse ma-
culam dupliciter. Uno modo per privationem
eius quod requiritur ad decorem puta
debiti coloris aut debite proportio(nis)
membrorum. Alio modo per superinductio(nem)
alicuius impedientis decorem puta lu(ti)
vel pulveris. Ita et in anima inducitur m(acula)
~~actu~~ uno modo per privationem decoris
gratie per peccatum mortale. Alio modo per inclinationem
affectus inordinatam ad aliquid tem-
porale et hoc fit per peccatum veniale et i(deo)
ad tollendam maculam peccati mortalis
requiritur infusio gratie. sed ad tollen(dam)
peccati maculam venialis requiritur ali(quis)
ab actus procedens a gratia per quem remo-
veatur inordinata adhesio ad rem
temporalem. Per que remedia remittuntur
venialia. Respondeo sicut dictum est ad remissionem
venialium peccatorum non requiritur nova
gratie infusio sed sufficit actus ali-
quis procedens ex gratia quo aliquis
detestetur peccatum veniale vel explicite
vel saltem implicite. Sicut cum aliquis
fervent in deum movetur. Et ideo qua-
duplici ratione aliqua causant remis-
sionem venialium peccatorum. Uno modo inquantum
infunditur eis gratia quia per infu-
sionem gratie tolluntur peccata venialia
ut dictum est supra. Et hoc modo per
eucharistiam et extremam unctionem
et universaliter omnia sacramenta nove legis
in quibus confertur gratia peccata venialia
remittuntur. Unde credendum quod
aliquo nichil depictis prius cogita-

sed tantum passionem xpi recolente
in sacramento eukaristie fiunt / quod
venialia peccata vel omnia vel quedam
remittuntur ei per propriam adiuncta et sic
dicendum quod licet venialia valde con-
grue deleantur per primam possunt tamen
deleri per secundam propriam adiunctam et hic mo-
dus dicendi est secundum bonaventuram ¶ 2o requiru
sunt cum aliquo motu detestationis
peccatorum et sic modo confessio generalis
tunsio pectoris / et oratio dominica / operantur
ad remissionem venialium / unde in oratione
dominica petimus dimitte nobis debita
nostra ¶ Tercio inquantum sunt cum aliquo
motu humiliationis et devotionis et
reverentie ad deum et ad res divinas /
et hoc modo benedictio episcopalis / et
aqua benedicta / panis benedictus /
compassio / alieni delicti dimissio / et
siqua alia huiusmodi sunt operantur ad
remissionem venialium / in talibus enim
vel in pluribus est humiliatio et de-
votio que est actus gratia informa-
tus veniali repugnans / quod quidem
est opere caritatis fervorem et devo-
tionem diminuit ¶ Quarto alicuius ratione pena-
litatis annexe que delectationi repug-
nat in ordinate sunt illa pena iuncta est or-
dini / ergo et hoc modo plura ex pre-
dictis et quecumque levis pena operantur
ad remissionem venialium ¶ Sed videtur
quod superfluant predicta super remedia
cum prima sufficiat ad remissionem
peccatorum / Videtur quod non superfluunt quia
omnia ista causant remissionem venia-
lium inquantum inclinant animam ad
motum penitentie que est detestatio
peccatorum implicite vel explicite hec
thomas ¶ Utrum veniale peccatum remitti
possit sine mortali / Videtur quod non / sicut

cum super dictum / remissio culpe cuiuscumque
numquam fit nisi per infusionem gratie / ille autem
qui est in peccato mortali caret gratia dei /
unde nullum peccatum mortale sibi remit-
titur ¶ Utrum unum veniale remitti possit
sine alio veniali / Videtur quod sic / quia peccatum
veniale non excludit omnem actum gratie /
propter quem possunt alia peccata venialia
remitti / sed peccatum mortale totaliter ex-
cludit habitum gratie sine quo nullum
peccatum gratie remittitur / et ideo unum
veniale potest remitti sine alio / non autem
unum mortale sine alio hec thomas / Si-
militer quod licet supradictorum operancium ad re-
missionem venialium quodlibet est de se
operatur ad remissionem omnium venialium /
potest tamen contingere quod per certa unum
remittatur sine alio et hoc dupliciter
vel quia voluntas habitualiter adheret uni
et non alii / et tunc culpa remittitur
cui non inheret / et remanet culpa
cui voluntas adheret / vel ideo quia
voluntas unum peccatum magis detes-
tatur quam alterum / unde gratia magis
delet culpam venialem in cuius de-
testatione voluntas magis consonat
et adiuvat hec bonaventura ¶ Utrum predicta
remittant venialia etiam quo ad
penam / Videtur quod per predicta tolluntur venia-
lia peccata quantum ad culpam tum
virtute alicuius ~~satisfactionis aliat~~
sanctificationis / tum etiam virtute cari-
tatis cuius motus per predicta ~~cuius~~ exci-
tatur / non autem propter hoc per predicta semper
tollitur reatus pene totius / quia
sic qui esset immunis a peccato mortali
aspersus aqua benedicta statim evola-
ret / sed reatus pene remittitur
per predicta secundum motum fervoris
in deum qui per predicta excitatur quandoque

magis quam inquantum habet ideo. Utrum veniale remittatur in purgatorio. Pro
est hec opinio securior et communior et veri
or est quod sic, et hoc approbatur primo
auctoritate magistri sententiarum qui hoc dicit libro iiii
dis. xxi. Et gregorius qui dicit libro iiii
dialogorum quod quedam leues culpe
remittuntur in futuro. Et dominus dicens
mathei xii cum dixit verbum contra spiritum
sanctum non remittetur ei neque in hoc
seculo nec in futuro implicat ergo
dubium aliqua peccata remitti in futuro
sed hoc non nisi in purgatorio. Secundo ratione
nam contingit aliquem iustum de
cedere in culpa veniali vel ante mor
tem vel in ipsa hora mortis contracta
aut ergo purgabitur post hanc vitam
et sic aliqua culpa in purgatorio
delebitur, aut cum culpa veniali sal
uabitur, aut pro sola culpa veniali dam
pnabitur quorum utrumque est impossibile.
Dicit ergo dicendum quod venialia peccata in
purgatorio remitti possunt et re
mittuntur, quando quis decedit cum
eis pro eo quod gratia non sunt adiuta
~~vel adepta~~ finaliter ad delendum ea
remittuntur in quantum non tantum quo
ad penam quia sic remittuntur peccata
mortalia inquantum postquam remissa sunt
peccata quantum ad culpam in hac vita
soluitur in purgatorio pena eis debita
sed etiam quantum ad culpam non sic
intelligendo scilicet quod sine pena purgatorii sicut
argenti rubigo consumitur sed quod
pena anime inuenitur ad penitendum
de venialibus de quibus hic non peni
tuerunt et per caritatem cum qua deces
serunt eas prima formatur et accepta
. Racio: Quia cum voluntas post
hanc vitam sit esse conformis licet
esse non possit adiutus pro eo quod

margin: purgatorium consumatur per ignem

cessant temporibus multa. Ideo indiget ad
iutorio exteriori, et cum non sit locus
sacramenti habet adiutorium ignis pu
nitiui siue purgatorii et sic anima
purgatur a veniali culpa, si tu scias
cum illa quia sicut dictum est supra
ad deletionem venialis sufficit quod li
ber sit conformet gratie et bono. Est
enim triplex genus peccati quoddam omnino
involuntarium et universali et impertinenti
scilicet originale ideo potest remitti et sine
actione et sine passione voluntatis.
Secundum est omnino voluntarium et in universali
et impertinenti scilicet mortale ideo non potest
remitti sine actione et passione vo
luntatis. Tertium est partim voluntarium
scilicet in ... unde partim est culpa partim est
pena ut veniale ideo potest remitti
vel actione voluntatis in presenti vel pas
sione in futuro, ad deletionem tamen illo
rum currit tria scilicet pena prius, gratia
comitans et motivum ante cedens.
Dicendum aut secundum peccatum venia
le in purgatorio remittitur dum pena
totalis sibi debita soluitur, quia idem
est veniale remitti et penam sibi de
bitam solui, vel dici potest etiam secundum ipsum
quod venialia punita hic in vita ista
et reseruata in acceptatione diuina de
lentur in instanti mortis. Causa
enim impedibilis dum est impedita
non ponit suum effectum, dum autem
non est impedita ponit, tunc autem
multa huius morientis in caritate
sufficiunt ad delendum venialia ...
vel relata ad hoc ab eo vel a deo ac
ceptante. Sunt autem impedita
dum iste viuit si semper actu ma
net in veniali, post non in morte
et etiam in instanti mortis, quia
tunc non manet impedimentum
scilicet actus peccati venialis ...

margin: non sunt impedita, ergo per ea delentur venialia in instanti mortis

pro sequitur quod omne peccatum veniale non
remissum in caritate remittitur in hac
vita si non continget actu venialis
peccati usque ad instans mortis ponere
aut in ea aliquem motum bonum per
mortem perquem tamen per dispositionem
sicut nutum de ero gratie venialia dele
antur non in dec dr doctor theologie conformare
dicto in li. sen. dis. xxi ¶ Utrum venia
le remittatur in inferno Respondeo quod non quia
in inferno nulla est redemptio licet
cum peccato veniali per se non debeatur pena
eterna quia simul potest stare cum gratia
peccantes tamen multa venialia puni
untur pena eterna eo quod sunt in statu
carentie gratie et in actu et impotentia sine
qua non potest remitti peccatum et ideo quia
divina iusticia requirit ut manente culpa
maneat pena pena eorum est eterna ¶
Contra hoc arguit Scotus quia peccatum
mortale et veniale sunt improporciona
bilia in ratione offense quia infinita ve
nialia si essent non equarentur uni mor
tali in ratione offense quia nec omnia
illa averterent a fine ultimo sicut unum
mortale igitur pena secundum iusticiam
correspondens peccato mortali in infinitum
excedit penam correspondentem veniali non
autem secundum intensionem quia quelibet
pena secundum intensionem finita finite
excedit sicut exceditur comparata ad aliam
igitur hoc erit secundum extensionem igitur
peccato veniali non debetur pena eterna
Et ideo dicendum secundum ipsum quod peccato
veniali sive sit penitendo sive in inferno
sive alibi non debetur pena nisi temporalis
et per consequens pena temporalis soluta est et soluta
libera ab istis et hoc sive per se sive
peccatus Et ideo huius est quia secundum
se est talis offensa que sufficiet

punitur temporalem penam nec est inconveniens
penam debitam veniali hic terminari
in inferno quia et nunc penitens peccatum
sive complens et ante completam tota
liter decedens in mortali et in mortali dece
dens precedenti sive complendo solveret
penam in inferno sed non nisi temporalem quia
ex quo in remissione peccatorum pro peccatoris co   eterne in debitum pene
mutatum est debitum pene temporalis
numquam ille est debitor pro illis nisi pene
temporalis et per consequens pena totaliter soluta   quod in inferno non dicitur redemptio
liber ab illis Quando autem dicitur vero
est illius peccati pro quo ille est dampnatus
quia pro illo debitum pene eterne numquam   pene temporalis et ideo semper manet id debitum
fuit commutatum in debitum temporalis numquam
potest illa pena esse soluta hic secundo ¶ Cir   Articulus 3
ca secundum reddituum peccatorum per primam remis
sionem breviter tenendum quod peccata dimissa
plus primam dicuntur redire quo ad culpam
quecumque peccata sunt illa sive originalia
sive actualia mortalia sicut venialia
per peccatum sequens neque tamen per dimissi
one precedentium peccatorum aggravatur sequens
peccatum non quod sequens peccatum sit eque
grave sicut omnia precedentia peccata
sed gravius est per dimissione precedentium
propter peccati beneficii contemptum id est propter
ingratitudinem et sic redire dicuntur peccata
non in se sed in effectu aggravationis
peccati sequentis et sic dicitur de pe dis
iiii. Considerandum 2 c Sequitur Si non ex
corde dimittimus quod in nos delinquitur
illud rursum exigitur quod iam nobis dimissum
esse per primam gaudebamus Et simile
dicitur in glossa super illud Mat xviii Sic
et pater meus non dimittet vobis etc
¶ Dicitur non tamen peccata venialia
incurrit aliquis ingratitudinem quia
homo peccando veniali non facit

Articulus 29.

tenet Deum secundum presentem Deum hoc per ¶ Tercia
est restitucionem virtutum per penitenciam continentur
plura sed utrum per penitenciam restituantur virtutes
Primo quod sic nam gracia et virtutes ingrediuntur influencia
divina tamquam ac lux ... actione solis
per modum cause efficientis per peccatum non
sicut per nubem illa prohibetur influencia
Et quia per penitenciam nubes illa tollitur
Ideo per modum quasi cause efficientis peractus
que scilicet removet prohibens reparatur
in nobis per penitenciam omnis virtus et gracia
secundum essenciam non secundum statum Unde
Augustinus in libro v penitencia est qua res optima
et perfecta omnibus defectibus renovatis ad
perfeccionem habet pertingere ¶ Utrum per penitenciam resti
tuantur virtutes in quantum est sacramentum
Primo quod sic nam eodem penitencia restituit
virtutes quo modum est causa gracie
ut dictum est sed est causa gracie ut est
sacramentum nam in quantum est virtus
magis est gracie effectus et sic non oportet
quod penitencia secundum quod est virtus sit causa
cum aliarum virtutum cum per sacramentum
prime tenetur secundum Thomam ¶ Utrum per penitenciam re
surgat homo semper in equali virtute
~~Quidam~~ Quidam dicunt quod oportet semper
in equali virtute vel maiori caritate
resurgere sed hoc non potest stare quia
omnis caritas potens est delere omnem
culpam sed non est necesse esse de gracia
habitus ad resurgendum nisi in quantum sufficit
ad delendum culpam igitur resurgere potest
in minori Ideo dicendum est quod possibile
est ipsum resurgere in equali vel ma
iori vel minori secundum quod se melius
perficiet divina largitas dispensat
secundum Bonaventuram // Sciendum autem quod ille qui
per penitenciam resurgit in maiori caritate
consequitur quidem premium secundum quantitatem
caritatis in qua decedit habebit
tamen maius gaudium de operibus

in prima caritate factis quam de operibus
factis in secunda quod pertinet ad premium accidentale
secundum Thomam ¶ Sed contra peccata obicitur
illud quod dicit Apostolus Romanos viii dili
gentibus Deum omnia cooperantur
in bonum Et dicit ibi in Glossa Ad
hoc adeo usque ut si qui eorum devient
et exorbitent hoc ipsum Deus faciat
eis in bonum proficere et sic videtur quod
homo semper in maiori caritate per
non omnibus diligentibus Deum quantum
in bonum hoc ipsum quod peccatum a Deo dec
cadunt et magis resurgunt vel qui re
surgunt iterum capiunt sed hiis tantum
qui secundum propositum vocati sunt sancti
id est predestinatis qui semper quando cadunt
finaliter resurgunt Cedit enim eis in
bonum hoc quod cadunt non quia semper
in maiori gracia resurgant sed quia
resurgunt in permanenciori gracia
non quidem ex parte ipsius gracie quia quanto
gracia maior tanto de communi lege
est permanencior sed ex parte hominis
qui tanto in gracia permanet stabilius
quanto est caucior et humilior Unde
et Glossa ibidem subdit Quod ideo profici
eis in bonum quod cadunt quia humilio
res redduntur atque doctiores fiunt
¶ Utrum homo per penitenciam restituatur
in dignitatem ecclesiasticam Primo homo per
peccatum dignitatem perdit quantum ad Deum
et ecclesiam et quantum ad Deum
duplicem perdit dignitatem unam principa
lem qua computatur eciam inter
filios Dei per graciam et hanc recu
perat per penitenciam quod significatur Luce xv
in filio prodigo cui penitenti iussit
pater restitui stolam primam et anu
lum et calciamenta Et aliam
secundam scilicet innocencia de qua

Margin notes: conversionem; concurra / divina; quod patet in / hijs quod

ꝯquib[us] ibid[em] gloriabat[ur] filius senior
dicens Ecce tot annis s[er]uio tibi et
nunq[uam] ma[n]d[a]t[um] t[uu]m p[re]t[er]iui / et hanc recuparare no[n]
pot[est] recuparat[ur] quia aliquid maius
g[rati]a ut dicit Greg[orius] in Omelia
et decentum o[mn]ibus dux in p[re]lio
plus eum diligit qui post fugam
conu[er]sus hostem fortit[er] p[re]mit / q[ua]m
eum qui nunq[uam] terga u[er]tit et nunq[uam]
fortit[er] aliquid egit / dig[ni]tate aut
ecc[les]ia[sti]ca[m] p[er]dit homo [ꝯ...] p[er] h[oc] quod
se reddit indignum ad ascendum ea
que ꝯpetunt ecc[les]iastice dig[ni]tati ꝯ[tr]a
quid p[ro]hibent[ur] recuparare / p[ri]mo q[ui]a
no[n] v[er]e penitet eos quia no[n] p[ro]pter
odiu[m] c[ri]minis sed p[ro]pter timore[m] vili[tatis]
et amissionis p[ro]p[ri]i [con]cedi[tur] et celsitu-
dinis p[e]niam agunt ut h[ab]et[ur] d[istinctione] 17
domino / Scdo quia p[e]niam negli-
gent[er] agunt ut di[stinctione] iii[a] si quis
Tercio quia commiserit aliquod pecc[atu]m
h[abe]nt aliqua[m] irre[gularita]tem annexa[m] ut in
di[stinctione] habetur ex concilio p[ro]p[ter] marti-
rio p[ro]p[ter] scandalum ut ead[em] di[stinctione]
de his Si tamen p[r]imi s[unt] simulantes
et sc[un]di s[e]c[undu]m negligentes p[e]niam agat
p[ro]p[ter] odiu[m] c[ri]minis et amore[m] iusticie
possunt post lapsum [con]dignum p[ri]stini
status recuparare Vnam et petrus
post t[er]tia[m] negacionem est pastor omnium
ꝯstitutus ut h[abetur] di[stinctione] quicumq[ue] / tamen
no[n] possunt adultiora officia asc[en]-
de[re] ut in di[stinctione] his qui sancto / q[uo]d
intelligit[ur] de his qui publicam
p[e]niam agunt ¶ Vtr[um] opa v[ir]tutu[m]
in caritate facta mortificat[a] p[ossu]nt
R[espon]s[i]o opa viua dupl[icite]r dicu[n]t[ur] vel quia
sunt acta vel quia efficiunt vita[m]
p[ri]ma racio vite ab opibus fact[is]
in caritate no[n] p[ote]st tolli / Secunda

no[n] racio et si tolli possit quo ad
subiectum p[ro]p[ri]um no[n] tamen s[ecundu]m ꝯparacionem
ad aliquos quibus p[ro]ficit op[er]acio bo[n]a
opa ergo bona mortificari dicu[n]t[ur]
no[n] simp[licite]r in se sed quo ad utilitate[m]
opantis Res nam[que] viua p[er] morte[m] p[er]dit
oparacionem uite / unde p[er]q[ue]ndam similitu[dinem]
dic[untu]r res mortificari / quando impediunt[ur]
ab eo suo effectu vel opacione / effectus aut[em]
opum v[ir]tuosorum que in caritate sunt
est p[er]duc[er]e ad uitam et[er]nam / et quidem
impedit[ur] p[er] pecc[atu]m mortale seq[ue]ns / quod
g[ra]tiam tollit / Et s[ecundu]m h[oc] opa i[n] ca-
ritate facta dicunt[ur] mortificari p[er] se-
quens pecc[atu]m mortale / unde di[citur] Ezech[iel]
xviii Si auerterit se iustus a iusticia
sua / om[ne]s h[oc] [et] p[er]ic[u]lo no[n] / [ca]mp[ero] s[ed] Tho-
¶ Vtr[um] opa mortificata p[er] pecc[atu]m p[ro]ximam
reuiuiscant R[espon]s[i]o quida[m] dixerunt
q[uod] opa uictoria mortificata p[er] pecc[atu]m
seq[ue]ns no[n] reuiuiscunt p[er] p[e]niam se-
quentem / ꝯp[robant]tes q[uod] opa illa no[n] re-
manet ut iterum reuiuificari possint
s[ed] h[oc] impedire no[n] p[ote]st q[ui]n uiuificent[ur]
no[n] enim h[abe]nt vim p[er]ducendi ad et[er]na[m]
vitam / q[uod] p[er]tinet ad eorum uita[m] solu[m]
s[ecundu]m q[uod] actu ꝯsistunt / sed et post
quam actu esse desistunt s[ecundu]m quod
remanent in accepcione diuina / sic
aut remanet q[uo]ntum est de se / et
postq[uam] pecc[atu]m mortificant[ur] q[ui]a s[e]c[un]-
dus opa illa p[ro]ut f[ac]ta fuerunt
in caritate acceptat et s[an]c[t]i gaude-
bunt de illis eis r[espectu]m illud Apoc[alipsis]
iii[o] Tene q[uod] h[ab]es ne alius corona[m]
tuam accipiat ~~ca t~~ Et quod illi
qui illa fecit no[n] sunt efficacia ad
deducendum ad uitam et[er]na[m] / p[ro]ue[nit]
ex impedimento pecc[at]i supuenientis

rector de bo[n]i
bo[n]i

pquod redditur indignus vita eterna, hec
autem impedimentum tollitur per contritionem ingratitudinem
peccatam peccata remittitur Unde restat quod
opera prima mortificata recuperat per pen-
tenciam efficaciam perducendi eum qui
fecit ea in vitam eternam quod est ea
reviviscere Et ita patet quod opera
mortificata per penitentiam reviviscunt
secundum doctorem Aug. Quod penitencia omnia abla-
ta restituit secundum Tho. et communiter alii
doctores // Sed obicitur quod dicit hu-
de s. vic. Quod nemo debet in spe cor-
rectionis peccare quia quod semel a-
mittitur amplius non recuperatur Ro loquitur
de bonis obmissis non de mortificatis
secundum pe. Obicitur item quod tunc resurgens
a peccato mortali resurget in maiori gratia
quam illa [a] qua cecidit quia resur-
get in omnibus bonis que prius habuit
iam vivificatis / et preter hec in illo actu
penitencie per quem resurgit / et quem illis
prioribus superaddit et ita in maiori gratia
cuius contrarium superius dictum est // Ro secundum
Sco. quod resurgens plura merita habet
in acceptatione divina quam habuit quando
cecidit et prioribus ex illa parte ordinatur
ad maiorem gloriam / sed non oportet eum
in maiori gracia resurgere quia secundum
disposicionem eius in detestando peccatum co-
missum intense [vel remisse] vel remisse datur
sibi tunc maior [vel minor] gratia. Contra hec
obicitur quia tunc restaret iste comodum
delapsu suo / quia resurgit dignus
maiori premio in acceptatione divina
quam prius data includere unde [re]impugna-
tiam quia si est dignus maiori gloria
qui resurgit quam fuit qui cecidit
et cecidit a magna gratia per quam fuit
dignus magna gloria igitur non re-
surget in prima gratia quia illud vincit
meritum quod resurgendo superaddit / non
addit tantum de gloria quantum de-
fuit vel moratio 2e gratie respectu

mittis / et id dicitur b ab eo quod corrudit gratie quod dicitur a
penitencie diminuitur de gloria Ro ad primum
dicit Scotus quod non habet comodum
sed magnum incomodum / non solum
quantum ad peccatum sed etiam quantum
ad presens / quia totum tempus quo mansit
in peccato est sibi perditum quo tamen potuis-
set multiplicasse merita si mansisset in
gratia / Ad secundum dicit quod precedens
illud de gloria quod corrudit gratie quod
dicitur a forte a excedit b et quando
iste resurgit quia omnia merita priora
resurgunt in dei acceptatione reddit
secundum eius dignitas ad totum b sed
ad a non redit secundum eius / si gratia secunda
sit minor quam prima / igitur revivi-
scunt merita sed non gratia prior / quia prius
habita / et illud est satis conforme iusti-
tie quia gratia prior fuit tantum modo
donum dei / merita autem non erant tantum
opera dei sed etiam hominis Et ideo
illa semper fuit sibi salua in accepta-
tione divina / non autem gratia licet postea ea
ordinetur ad aliquod premium / quia habuit
eam sed tantum per eam ordinatur per me-
ritum eam / habet autem via tenens gradum
glorie essentiale corrude merito conformiter
scripture que in multis locis ista premia
divine iusticie asserit. D. Quod reddet
unicuique secundum opera sua in pso et ad
Ro. / iniquia autem habetur quod reddat
secundum premium habitum / et conponat observan-
tie le. di. / quia secundum ipsam utile est
totiens quantum est possibile opera
meritoria exercere / quamvis remissa a
deo ut propria non statim augeat gra-
qua corrude singulis in acceptatione divina
determinatus gradus glorie / ut adeo
expedit saluare gratiam quantum
opus remissum agere per quod non aug-
gratia [et] et si ille sit remisse agens non
habet maiorem gratiam propius premium
quam alius dormiens in quo salua

gracia pnie. tali ope no tamē frust'
ipe egit nec in illo ꝯcedit illum qui
de-minuit ymo pbor cp egit iam dignus
est aliquo bono etno quo no est ille
dignus hec Scot' // Sed nunc mita
mortificata aliquid faciunt in accepta-
cione diuina ad primam graciam dandam
homi lapso // Videt Scotus Quod licz
scdm strictam iusticiam iste inimicus
dei no sit dignus de congruo alicu-
quam gram et glam tamē ꝯtel-
lcus dei una propter mita precedentia
licet mortificata/ tamen dat gram
ad resurgend/ Unde credit quod sic pstior
psē ꝯuenius tradit propter maiorē in-
ꝯtitudinem ita credit quod certis
ꝓbus tamen resurgat propter diuinam
bonitatem mita pcita adhuc aliqua-
acceptante Unde ipe narrat quod
audiuit de quodam viro valde p-
fecto et postea ꝓfundissime lapso
quod propter facinora sua esset mor-
ti adiudicatus/ fuit subito sibi pfec-
tissima pnia inspirata Et subdit
quod hoc bne debet alliē cum cuiq-
libet ad opa mitoria semp p agenda
ꝓuoribus/ quia pnie sit pmansurus si
lapsurus no erunt illa in oblivione
totalr coram deo hec Sco in libro 4o
sen dis xxii re ¶ Sequitur de impe-
dimēt vere pnie tytulus quintus

P Ostea considerandum de impedi-
mentis pnie vere que ponit
magr sniaz lib° iiii dis. xvi de ... m
mlitie et negociacionib ¶ Et circa hoc
querit plura sz vtz ypocrisis poni
debeat impedimentum ve pnie Pars
nuis Ro opa pnie ꝯtioria pcipue
sunt nata onde ꝯtritate et ideo mito
ypocrisis intencionem ꝯcludens recte
pnie/ et propter hoc durius impedit
effcm pnie quam alia vicia et s-
mora h Tho ¶ Utz ludi impediant

int da dicebat esse ludos spectacula

veram pniam Ro ludoz est/ dra trip'
Quidam cum ludi ex se ipsis habent
turpitudinem et tales sunt ab omnibus
vitandi et pcipue a penitentibus qui
pfectum pcta corrigere dent sicut ludi
qui in theatris agebantur ad luxuriam
ꝓuocandam/ Aliqui no ludi sunt
qui ex gaudio deuotionis pcedunt
ut cantus eccliaz/ et de tali ludo dt
dauid/ ludam et vilior fiam coram
deo ii R° Et tales sunt laudandi et
emulandi/ Aliqui no nullam turpitudinē
habent quos pstus liberales vocat
et hii sunt in virtutis sz eutrapelie
Et ideo seruatis circumstanciis debitis ad ꝑraz
possunt fieri laudabilr quiete et
alijs delectali ꝯueniend/ sz contingit
in eis esse pctm eo qp debite circumsta-
cie no seruantur nam in talibus ludis
aliquid decet vnu qp no decet aliu
In hijs eciam ludis penitētes alit-
dent se hre quam alij inquitur pnia
pfectum requirit eis vti moderate
pt scdm quod ptinent ad recreacōz
animi aut ad sanitatem corp quib
ꝯueniunt Unde Seneca Sic te gere
sapiens ut nullus te heat tamquam
asperum/ nec ꝯtempnat quasi vilē
h Tho ¶ Utrum spectacula impediat
pniam R° spectacula si sunt rerum
turpium et ad pctm ꝓuocantium inspec-
cio studiosa pcta sunt/ et quāz mor-
talia tanta libido sit adhiberi Si
aūt talibus omnes se dent arte et pcipue
penitentes Quedam no spectacula
sunt de rebus vtilibus et necessarijs et aucupacōe piscaco capture
aduertam ut venaciones et tabi et hmōi
et talia disthut cum Unde licet
eis sine pcto possit intendi seruata
dispone debita quo ad condicōne
psone et aliaz circumstanciaz sz
tamē pnitenti vitanda propter hoc

quod debet cor elevatum ad deum
habere/ nisi quantum necessitas aliud exposcat
hec vel potest sic distingui secundum aliquos
sicut patet Quod spectacula queda sunt
inhonesta aliquibus est omnino abstine
dum quedam non sunt honesta quibus
utiliter Quedam non sunt levia et ab
his est parcendum et potest dici quod ab eis
est cavendum non de necessitate salutis
sed ad maiorem penitentie perfectionem/ magis
aut dissuadentur curiositates in his sen
sibilibus quam intelligi quia magis
distrahunt mentem unde de pe dis v.
ca° p° Cohibeat se a ludo et spectaculis
seculi qui vult perfectam consequi remis
sionis gratiam/ nam si dyna se cohibuisset/
si inter suos mansisset ab extraneis rap
tore violata non fuisset ¶ Utrum officium
milicie vel negociationis penitentiam impediat
R° officium milicie negociationis et
publicanorum qui scilicet exigunt publi
ca vectigalia habent peccatum annexum licet
quedam possunt exerceri sine peccato/ et quia
penitens debet occasiones peccati vitare
in satisfactionem laudabile est Si etiam
huiusmodi officia vitet/ non tamen est de
necessitate penitentie quia penitens non potest
omnes occasiones peccati vitare dum est
in hac vita Et ideo sufficiat quod peccatum
in his officiis vitare ut sicut secundum
consilium Joh bapte neminem concutiat
et stipendiis suis contentus exigat
existat/ et non utatur officio militari ad
ostentationem sed ad utilitatem ecclesie
et rei publice/ et ad exercitium virtutum/
et quod negociator ipse non habeat
ordinem que eum ab huiusmodi officiis prohibeat/
sicut clericis et monachis non licet nego
ciari/ quamvis eis liceat propria vendere
dis lxxxviii Conveniens etiam est
quod de tempore debito exerceatur non in festis
nec in tempore quo castitatem indiceat/ et
modus debitus servetur sicut ut sine
fraude fiat/ et secundum licitum contractum
usura/ publicanus aut ut de auctoritate
principis et causa communis utilitatis
sicut ad defensionem terre et non immode
rata recipiant theodorus thomas ¶ Obicit
aut contra predicta quia gregorius dicit
de pe dis v. falsas psa est penitentia cum
penitens ab officio curiali vel negoci
ali non recedit quod sine peccato illatur
agi prevalet Idem etiam videtur dicere gregorius
ibidem sicut falsas ¶ Sed hoc intelligendum
non quia sine peccato fieri non possit sed
quia frequenter implicant ad peccatum vel
possunt intelligi de sollempnibus peni
tentibus qui non debent post susceptam
sollempnem penitentiam secularem vivere
de pe dis v. Contrarium/ et xxi q. prima
illud vel planius qui iniunctum est eis
in penitentia tunc cum si recidivarent et
manifestum esset debent excommunicari de pe
dis v. de his hec Ray ¶ de hac materia
sicut de ludis et aliis huiusmodi plenius deter
minatum est supra in secundo capitulo li. ti. de
modestia secundum quod consistit in actioni
bus motibus corporis etc ¶ Tytulus

De duratione et iteratione penitentie

Deinde considerandum est de
duratione et iteratione penitentie Et circa
hoc queruntur plura sicut utrum de peccato
primam remissam tenetur homo amplius
penitere R° penitentia potest accipi prima que
est virtus vel prima que est sacramenti
dico ergo quod de peccato remisso primam
que est virtus tenetur homo sacramenti
penitentie suscipere si possit Sed accipiendo
penitere pro actu virtutis non tenetur
homo penitere de peccato primam remisso
et quidem quantum ad culpam et quantum
ad penam Similiter loquendo de
penitentia quantum dicit interiorem actu
virtutis in eo sicut quando de peccato suo
ex deliberatione recogitat tunc cum

illud detestari tenetur. Nos enim fideli-
ficat reparatum fedus dile amicicie
cum actus non displicet quido de hoc de
libeat quod uis ipsum et deum tamen
fuit inimicicie/ contricione tamen tenetur
habitualis penitere quia non pt homo
dimittere habitum penitencie nisi ruendo in
peccatum mortale/ debitum autem penitencie
aut deuotion actu in temporibus supra
dictis intelligi debet illud verbum hugo-
nis de sacramentis dist xiiij c. iij Cum
dicat ne tu habes semper penitere satis-
facere potes minus facere non potes
melius est ut plus facias quam
minus Et illud Augustini de penitencia dolor
in penitencia continue custodiatur Sicut
intelligende sunt plures auctoritates ad
hoc non quod quia homo de commi-
sis non potest esse certus de remissione pec-
catorum certitudine scientie quia nemo scit utrum
odio vel amore dignus sit Certum
ipso ideo sufficit certitudo probabilis
coniecturie ad hoc quod non opponat
se dispositum Si non vacavit actum
penitendi sicut angelus habet probabi-
lem coniecturam de remissione suorum pecca-
torum autem est probabilis coniectura
quando homo fecit quod in se est dolen-
do confitendo satisfaciendi tamen
di propositum habendo Sed Utrum
homo possit post veram penitenciam
peccare Videtur vera penitencia dicitur
duplex Uno modo vera dicitur quia verum
actum virtutis habet scilicet penitere
et ab hoc homo cadere pt propter
libertatem arbitrii quod in ista vita
semper est vertibile ideo pt peccari et
recuperari/ huius exemplum est in dauid/
Alio modo dicitur vera penitencia
que permanet in finem virtutis et

ab hanc cadere vel recedere non contin-
git quia postquam homo est in vita
eterna numquam cadere pt a bono contrario
aut hec quod in decretis de penitencia dist. iij
Contra dicit ysidorus Inanis
est penitencia quam sequens culpa co-
inquinat/ Intelligit quod est inanis
non quia caret fine proximo scilicet
remissione peccatorum sed quia caret
fine ultimo salutis vite eterne Utrum
Utrum penitencia possit reiterari Respondeo quod sic
et contrarium dicere est error pessimus
et crudelissimus quia diuine mie
viscera claudit/ quia tunc omnes
peccatores vel quasi omnes cogerent
desperare/ Secundum autem Augustinum in primo
primo libro retractationum xxiiij/ de quacumque
pessimo in hac vita constituto non
est desperandum/ Est etiam expresse
contra sacram scripturam ut patet adulterio et
in dauid qui primo peccauit homici-
dio/ et penituit/ postea peccauit
amplius numerando et penituit et utram-
que penitenciam deus acceptauit Sed
quare penitencia iterari pt/ baptismus
autem non Videtur Racio huius est tri-
plex/ Prima quia in penitencia non impri-
mitur caracter qui est indelebilis sicut
in baptismo/ Secunda est quia penitencia est contra
morbum iterabile scilicet peccatum actua-
le/ baptismus non non principaliter sed potius
est principaliter contra peccatum originale
quod non iteratur/ Tercia quia baptismus
totam efficaciam habet a passione
christi tantum semel facta/ Sed penitencia
requirit etiam actum nostrum ut dictum
est Qui est iterabilis/ Quarta quia
baptismus est regeneracio spiritualis penitencia
autem non sanacio/ semel autem
tantum generatur aliquid sed aliquid

plures parari pt. Secunda penitencia
no fit totalis purgacio scilicet culpa et
ab omni pena debita peccatis sicut per
baptismum. Et non valet sine tota pur-
gacio posset iterari daret hominibus
intencionem semper peccandi. Sed obici-
tur illud ~~aliud~~ Hebr. vi° Impossibile
est eos qui semel illuminati sunt et
prolapsi rursus renouari ad penitenciam
Respondeo loquitur de penitencia tamen baptismo non
de altera penitencia vel intelligit secundum
glo. ibidem Quod impossibile est eos
rursus renouari i. rebaptisari ad
penitenciam i. post penitenciam. Obicitur eciam
illud Gregorii facilitas venie incentiuum
tribuit delinquenti Respondeo licet deus
facile peccatum indulgeat quo ad cul-
pam non tamen quo ad penam. Facili-
tas aut venie quo ad penam prebet
intencionem delinquendi vel pt dici
quod licet quidam ex hoc sumant occa-
sionem delinquendi hoc tamen obstat
quod ex contrario sumerent occasionem
desperandi quod eciam esset peius. Obi-
citur eciam illud Origenis In gra-
uioribus criminibus tantum conceditur
semel penitencie locus Respondeo triplex est modus
sive genus penitencie. Est enim quedam
penitencia priuata que fit in secreto pro
peccatis occultis. Quedam publica
que fit in manifesto pro manifestis.
Quedam sollempnis que fit in capite
ieiunii extra ecclesiam pro horrendis.
Prima pt semper iterari ut ondit magister
sen. li° iiij° dis. xiiij multis auctoritatibus
et exemplis et indicat. Secunda de penitencia
dis. iij. Secunda eciam non ita frequenter
debet iterari. Tercia aut secundum anti-
quam consuetudinem non debet iterari secundum tamen
consuetudinem aliquarum ecclesiarum ite-
ratur etc. Sequitur de penitencia facta sine
finali. tytulus septimus.

Postea considerandum est de pe-
nitencia facta sive finali et
circa hoc queruntur plura scilicet
Utrum homo vere possit penitere in fine
vite sue. Respondeo quod sic. Deus enim nulli
negat graciam facienti quod in se est
ad suscipiendum eam. Ad faciendum aut
quod in se est duo requiruntur in peccatore
que diffiniunt et integrant penitenciam
scilicet dolor de preteritis peccatis et propo-
situm cauendi a futuris. Cum ergo
utrumque est vsus racionis in homine
possit hec ~~duo~~ facere pt quantum
in se est et a deo graciam comparare. Cum
aut non desit dei gracia se preparanti
pt graciam consequi pt ergo veram
et fructiferam penitenciam agere. Sic latro
in fine vite sue penituit Luce
xxiij° Et statim remissionem inuenit
~~ut~~ Ezech. xviij dicitur Inquacumque
hora ingemuerit peccator etc. Sed
obicitur illud Augustini Si vis agere
penitenciam quando peccare non potes
peccata te dimiserunt tu non illa
Respondeo dimittere peccata est duplex scilicet
vel quo ad affectum vel quo ad effectum
Quo ad affectum penitens in morte
peccata dimittit et hec ad veram pe-
nitenciam sufficit. Quo ad effectum
dimittitur ab eis. Intelligendum eciam
quod in illis verbis ondit Augustinus
Quod penitencia quam aliquis in
fine vite sue facit non est tuta signum
salutis licet possit esse efficax
ad salutem quia incertum est
quando aliquis de peccato quod iam facere
non pt peniteat scilicet utrum voluntatem
peccandi amisit sed manifestus

est de illo qui pt/ si peniteat qd
voluntate mutauit/ tn casu quodo
aliquis pccare no pt voluntate
mutare pt sit nolit qr plus voluit
etiam si posset illud ante dcm pr
vij. diuus et sanus confiteatur/ co
plus est quo ad salute/ pceptu
quo ad vitam. h pe. Vtus sera
pnia sit melior quam tempestiua
Rno primo melior e tempestiua
quia plus habet de voluntate
aliqua tempestiua et sicut tam
melius pnia age in sanitate co
suluit Augustinus Vtus penitentibus
in fine restet aliqua pena post
morte sz vtus qui decedit contritus
in purgatorio pena aliqua pati
tebit Rno dei iustitia exigit ut
pctum vel a deo vel ab homine puniatur
g° p no est sufficient pomitus
ab homine qui decedit ante con
pletam pniam punietur a deo/ aqu
de neglige[illegible] pnie dilate comod
repetaret vm Augustinus plus est pur
gandus igne purgatorii qui
in aliud seculum distulit fructu
confessionis pnie Si ergo obiciatur qd
pena purgatorii excedit pena
huius mundi sed pena ad quam ob
ligatur penitens post confessionem
et absolutionem no tanta quante
punit ulte alie pene huius mdi
g° talis in purgatorio puniretur
iniuste Rdhoc dicendum qr deus plus
requirit emendam quam penam
Ideo plus ponderat in penitente

quantitate virtutis qua ipa accipit
experimentum voluntate/ quam quantitate
mobilis quam accipit apua acbite
Sic apud deum plus ponderat
in valore modica pena plus volun
taria/ quam multa infitio que no
est ita voluntaria/ et ideo multo
pene pnia que est minor in arbitrio
succedit purgatoria que minor
est in valore/ unde apud deum plus
ponderat in valore et recompensatione
fiat hec vtus pe. sto. et Vtus Sequi
de partibus pnie. i. qui. tn. octauus

Deinde considerandum de ptibus
pnie et primo de ptibus eius
integralibus primo in qum 2° i spali
Circa primum plura queruntur Vtrum
ptes pnie congrue assignentur
contritio confessio satisfactio Rndeo
in sacramento pnie fit emenda
voluntaria et pnia iusticie Vnde
sit pnia iudicii voluntarie suscepti
ad similitudinem autem iudicium sponte
requiritur contritio quasi queda
citatio/ sequitur rei apud iudicium
spontanea confessio/ sub sequitur
emende arbitrio in ponte solutio
Ideo ad istum esse pnie sacrame
ti requiruntur h tria ut ptes in
tegrales essentiales vel in re vel
saltem in proposito de pe. dis. pa
perfecta Intelligendum tamen qd
satisfactio dicitur dupliciter vno mo
reconciliatio et sic quia omnes
ptes pnie ordinantur ad recon
ciliationem quelibet earum satisfactio
dici pt Alio modo solutio pene de
bite et hoc modo satisfactio
est pars pe una de pnia quem

assumpcio penitencie adimplecio pene iniuncte. Nichilominus tamen partibus eius aliis penitencie conveniunt racionibus satisfaccionis ut contricio in racione doloris contriti quod est quasi materia sensibilis, confessio racione exhibicionis hec bona. Verba absolucionis in sacramento sit principalior pars sacramenti penitencie quam contricio cordis. Videtur in sacramento est pars ista principalior principaliter quia correspondet ad sacramentum principale effectum. Principalior autem effectus sacramentorum

leg. nove legis est sanctificare quam satisfaccionem signare. Illa ergo pars sacramenti penitencie est principalior que magis ex vi sacramenti cooperatur ad remissionem culpe et pene eterne que remittuntur per graciam sanctificantem. Contricio autem non tantum cooperatur ad remissionem culpe ex vi sacramenti sed eciam in quantum est actus virtutis vel efficax disposicio ad virtutem. Dico ergo quod si comparatur contricio cum utraque in sua convenienti ad absolucionem principalius cooperatur ad remissionem culpe quam absolucio. Si autem consideretur illud ad quod cooperatur contricio ex vi sacramenti tantum, tunc dico quod non ita principaliter cooperatur ad remissionem culpe sicut absolucio sacerdotis. Cum enim sacerdos sit Christi vicarius principalius eius assistit verbis suis in quibus absolucio consistit verbis sanctificantibus quam partibus sacramenti que sunt ex parte penitentis. Quantum autem ad actum significandi principalior est absolucio quam contricio. Est sensibilius et magis proprie significat peccati remissionem quam ipsa contricio que ita sensibiliter non signat nisi in quantum manifestatur in confessione oris et satisfaccione operis predictam

autem comparacionem non intelligo in efficiendo graciam sed in disponendo ad eius susceptionem.

Sequitur de partibus penitencie in speciali et de contricione. q.

Postea considerandum de partibus penitencie in speciali. Et primo de contricione de qua primo queritur quid sit. Secundo circa quid debet esse. Tercio quanta esse debet. Quarto de eius duracione. Quinto de eius effectu. Circa primum sciendum quod secundum magistros contricio est dolor voluntarie assumptus pro peccatis cum proposito confitendi et satisfaciendi. Ad cuius evidenciam sciendum quod sicut in materialibus durum dicitur quod non cedit tactui et secundum philosophum in methaphisica hoc frangi dicitur quod per aliquod fortius agens in partes magnas dividitur. Conteri vero quod in partes minimas redigitur et quasi comminuatur. Ita metaphorice homo durus dicitur quod divine inspiracioni quasi manui se tangenti non cedit sed obviat, id est durum in affectu peccati moratur. Frangitur autem quando aliquo respectu incipit licet non totaliter conteratur. Conteritur non quando affectus peccati secundum omnem sui partem in eo totaliter destruitur, et hoc fit quando voluntas propter se ab affectu peccati resilit. Unde talis resilicio est quidam dolor. Ideo per dolorem tamquam per genus essencialiter diffinitur. Et quia non omnis dolor, puta dolor naturalis, est voluntarius, unde nec meritorius, ideo voluntarie assumptus per differenciam ponente in genere morali additur. Et quia dolor voluntarius esse potest de bono alieno et sic esset malus non meritorius, ideo materia specificans scilicet de peccato per differenciam ultimam apponitur. Sic ergo contricio ut est actus virtutis diffinitur. Sed ut est pars sacramenti oportet aliquid addi.

contricio appellatur et quare talis resilicio

inordinacione ad alias partes Et ideo
additur cum proposito confitendi et
satisfaciendi Tercio sciendum eciam quod in contri-
cione sunt tria Primum est quod con-
teritur et hoc est cor quod quasi ad
literam totum teritur et scinditur pre
nimia angustia dolore ira et in-
dignacione quam concepit contra
peccata Johel ii° Scindite corda vestra
vel eciam illud quod conteritur sunt
peccata que dolore illo conteruntur
id est de corde i. simul et totaliter teruntur
Secundum quo conteritur et hoc est duplex
mola una superius superior elevans
scilicet spes venie veniens ex conside-
racione divine ^ diuine alta est de ortum
deprimens scilicet timor pene veniens
ex consideracione divine iusticie
Tercium est ad quid conteritur quia ut
molestat Cor enim durum male habet in
novissimo etc vel melius ut peccati delecta-
cio totaliter effundatur Ideo dicitur
contricio non fractio Sicut enim super-
dam quia fractio est in partes magnas
et tunc non remanet sapor neque
odor Sic peccata non adhuc conteruntur ut
simul et totaliter dissipantur secundum bonaventuram
Differunt autem contricio et atricio secundum thomam
in iiii quia attricio dicit accessum
ad perfectam contricionem Unde in corpora-
libus dicuntur attrita que sunt ali-
qualiter diminuta vel comminuta et
non perfecte Contricio vero dicitur quando
partes omnes sunt simul trite per divisionem
usque ad minima Et ideo atricio
in spiritualibus signat quandam dispo-
sicionem de peccatis commissis sed non per-
fectam Contricio non disciplinam ^ totto
perfectam Utrum attricio fiat contricio
potest dupliciter sumi uno modo pactu
pure elicito a virtute pure caritate
et tunc remanet sapor sed contricio est in partes mini-
mas

formata Alio modo pro formato actu
penitendi elicito mediante aliquo
habitu prius vel aprima informi que
postea caritate formatur illo adhuc
durante primo modo loquendo de
contricione attricio non potest fieri contricio
quia idem actus in numero non potest elici
a prima informi et post hoc elici a
penitencia formata quia voluntas
movens ut informis ~~et post hoc~~
~~elici a prima formata quia voluntas~~
~~movens ut informis~~ et post hoc
movens ut formata necessario tenet
duos motores a quibus non potest esse
idem motus in numero Preterea ~~autem~~ actus
elicitus a prima informi est ordine
nature prius quam prima illa
sit formata Secundo loquendo de attricione
attricio potest fieri contricio quia licet
motus voluntatis sit simplex et in
instanti quantum ad suum esse potest tamen
tamen diu manere idem in numero quousque
prima a qua elicitus est taliter for-
matur per cuius formacionem actus ille
efficitur contricio qui antea elicitus fuit
a prima existente informi Et Ricardus
Utrum attricionem faciens quod in se
est necessarium sit fieri contricionem Videtur
attricionem fieri contricionem secundum quod
contricio accipitur pro actu pure elicito
a virtute pure caritate formata non
est necessarium sed impossibile sicut videri
potest ex questione precedenti Si autem
accipiatur contricio pro actu pure elici-
to a prima informi que postea ca-
ritate formatur illo actu adhuc
durante sit licet attricionem possibile
sit fieri contricionem non tamen est necessarium
possibile enim est quod attricio faciens
quod in se est prius ordine nature
desinat esse quam deus tali graciam
infundat quia quandoque eam infundit

moventem ut forma ... [illegible] ... in ...

formata contra ordine
nature posterior actus at
elicitus a prima

ipsi voluntati tempore ad aliquem alium
bonum actum qui non est attricio nisi
forte implicite Sed facienti quod in se
est est necessarium aliquo modo dare gratiam adeo
gratiam facientem non necessitate coactio-
nis vel commutabilitatis et absolute sed
necessitate immutabilitatis ex presupposicione
ordinacionis sue que immutabiliter
et libere ordinavit se daturum gratiam
omni penitenti et quod in se est
facienti Et hec sic
.Arti 3. Sequitur inde de-
ctio secundum quanta debet esse contricio
nam primum scilicet de eo quid sive de quibus
debet esse contricio patet per ea
que dicta sunt supra ubi de quibus
debet primo agi Circa non quanti-
tatem contricionis queruntur plura Primo
utrum dolor contricionis debeat esse
non tantum intellectualis sed etiam
sensualis Videtur quod sic Dicit Crisostomus
Sicut quod ex peccatis causas nascitur
peccatum dissolvitur Cum ergo peccatum per
actum voluntatis possit sufficienter
sufficienter
nasci per actum voluntatis tantum
apte etiam cum gratia adest potest dissolvi
Deus enim non requirit ab homine nisi
quod est in eius potestate Cum ergo
habere dolorem voluntarium scilicet displi-
centiam peccati semper sit in hominis pote-
state habere non dolorem sensibilem non
semper ideo deus non requirit dolorem
sensibilem de contricionis necessitate
sed de eius perfectione prout deum sanat
contritos corde eos Sed contra hoc
videtur esse quod dicit Augustinus
scilicet sciat se culpabilem dominum qui de-
flet dampna ~~corporis~~ temporis ~~al temporis~~
doloris
et mortem amici et mortem peccati
non ondit in lacrimis Responsio hic culpabilis
non significat ibi culpam sed disposicionem
ad culpam vel sic dicit Augustinus
quod talis debet esse se culpabilem

reputare vel sciat sciat se culpabilem dominum
etiam si contingat exteriores lacrimas
defectus ex defectu doloris ut homo
minus doleat de peccato quam de temporali
dampno Sed quia habundancia do-
loris lacrimas excitat prout calorem
excitatum quia etiam homo se con-
tinet ut tantum coram deo dole-
at quia etiam ex dulcia complexionis
vel ex prietate capitis est quod homo
non potest corporaliter flere pro peccatis et si flet
pro morte amici quia ille dolor est
magis sensibilis et ideo vicior ad re-
solvendum corpus in lacrimas Obicitur
etiam illud Gregorii nimis durus est
qui dolorem peccati lacrimis non declarat
Responsio illa nimietas non importat excessum
qui sit culpabilis sed est disposicio
ad culpam et resolui debet nimis id est valde
de hoc pre Circa contricio sit maior do-
lor qui possit esse in natura Videtur quod
in contricione est duplex dolor unus
in voluntate qui est essencialiter contricio
que nichil aliud est quam displicen-
informis
cia peccati preteriti que quidem si sit est
attricio si sit formata est contricio
sed non formatur dolor qui in se sit ma-
xima in comparacione aliorum dolorum Et
talis dolor in contricione excedit alios
dolores quia quantum aliquid placet
tantum eius contrarium displicet Finis
autem super omnia placet cum omnia
propter ipsum desiderentur Et ideo peccatum
quod a fine ultimo avertit super omnia
displicere debet Unde Jeremias vi luctum
unigeniti fac tibi Ubi glossa docet
penitentem quid facere debet nichil
enim dolencius unigeniti morte
Unde oportet quod iste dolor sit maxi-
mus secundum in comparacione aliorum dolorum

non tamen oportet quod sit maximus in specie
doloris huius. Sicut quibus amor caritatis
est maximus in genere sed non in sua specie.
Alius dolor est in parte sensitiva qui
causatur ex primo dolore vel contritione
nature secundum quod vires ~~exteriores alias~~
inferiores sequuntur motum superiorum /
vel ex electione secundum quod homo penitens
in se ipso habet dolorem et excitat
eum ~~tam~~ ut debeat de peccatis et iste
tercio modo oportet quod sit maximus dolorum /
nam primo modo non oportet quia vires inferiores
vehementius moventur ab obiectis propriis
quam ex redundancia virium superiorum /
et ideo quanto operacio virium superiorum
propinquior est obiectis inferiorum /
tanto magis sequuntur motum earum
Et ideo maior dolor est in sensitiva
parte ex lesione sensibili quam sit in
parte qui redundat in ipsam ex racione Similiter
qui redundat ex racione
maior est qui redundat ex racione
de corporalibus deliberanti / quam qui
redundat ex racione spiritualia conside-
ranti / Unde dolor in sensitiva ex dis-
plicencia racionis proveniens de peccato /
non est maior aliis doloribus qui
sunt in ipsa, et similiter nec dolor qui
est voluntarie assumptus tum quia
non obedit vis inferior superiori ad
nutum ut tanta passio sequatur /
tum eciam quia passiones a racione
assumuntur in actibus virtutum secundum
quandam mensuram quam quandoque
dolor qui est sine virtute non servat
sed excedit H Tho. Cetera possit esse
dolor nimis magnus in contricione
Respondeo in actu penitendi duplex est dolor
unus est racionalis sive / et hic est
in voluntate racionali / est enim quedam
voluntas displicencia qua sibi

in inferiori appetitu quid ordinat superior /

displicet peccatum inquantum est transgres-
sio legis divine Et quia hec dis-
plicencia directe causatur ex cari-
tativa dei dilectione que nimis in-
tendi non potest / ideo hec displicencia
non potest esse nimis magna Est ali-
us dolor non essencialis sive / et
hic est duplex unus ~~interior alius~~
in corpore quo homo corpus suum
affligit propter peccata sua et hic dolor
posset esse nimis magnus quia
cum tali temperamento debet homo
corpus suum affligere ut non intimat
naturam Unde Apostolus Ro xii Raciona-
rus solutus vel coniugalis vel con-
iugatus laicus vel clericus vel reli-
giosus consanguineus vel affinis vel pro-
pinquus / Quid scilicet est illud quod
commisit scilicet vel adulterium vel forni-
cationem et similia peccatum parvum vel maio-
re vel enorme vel occultum vel
manifestum / vel in uno statu et similia
Ubi scilicet in loco sacro vel prophano
non sacro publico vel privato. Per quos
scilicet quibus auxilijs per quos sollici-
tatores mediatores internuncios quia omnes
tales participes sunt criminis et dam-
nacionis et ipse est reus et obli-
gatus pro eorum peccatis / Item per quos
cum quibus contra quos / Quod
peccat confitens non debet nominatim
specificare personam cum qua
peccavit / Ita nec circumstancias per
quas intelligi possit nisi fore
notorium esset vel aliter recte confiteri
non posset ut dictum est supra c. de
hijs que quis confiteri tenetur
confessione / utrum liceat aliena peccata in
confessione referre / igitur ut predictum
debet specificare personas interrogacione
sed ubi insistat caute circa qua-
litatem persone / unde tamen debet
in dicta confessione / Cur scilicet tali tempta-
cione hoc fecit vel utrum temptacio-
nem prevenit vel ab ea preventus fuit
sponte an coactus / cupiditate an pro-
pter pravitate ludo an nocendi animo
et similia / Quomodo scilicet de modo agen-
di quod melius actu quam locucione

tur. Quando scilicet in tempore sacro ut in
festis xlma et aliis ieiuniis vel non
sacro ut in diebus aliis. Decimus quartus hoc
patet per se. Sunt autem alie species in-
numerabiles circumstantie quarum continentur
et fiunt isti. Aggravat ordo locus
peccati tempus etas conditio numerus mo-
ra copia causa est modus in culpa
status altus litera persona. Hiis non
enim propter brevitatem insistere
etiam quia superdictis satis sunt mani-
festa. Adhuc etiam nota quod peccator dolere
debet et confiteri de bonis obmissis
et tempore male expenso. Item quia mul-
tas animas adeo eripuit et ereptas
ipse vel ab aliis in malo confirmavit
vel in istis mali non boni exemplum
fuit. Omnia bona perdendo eis
intulit et quia iniustissime deum
offendit. Hec omnia et multa alia ha-
bentur ab Aug. de pe. di. i. consi-
deret. et quod de homicidio sunt dicta
Quod est autem intelligendum quod omnia
hec superiora et inferiora semper ad
singulorem sunt servanda sed confessor
discretus secundum quod qualitas persone
et [illegible] exiget quod expedire sibi vi-
debitur eliget. Hec enim diximus ad
eruditionem simpliciorum confessorum. De

qualitate confessionis et de confessionis effectu. ty. 18

Postea considerandum de
qualitate confessionis qualis
autem debeat esse confessio. Cuius
istud hiis versibus edocetur. Sit sim-
plex humilis confessio pura fidelis
atque frequens nuda discreta li-
bens verecunda integra secreta la-
crimabilis accelerata fortis et accu-

sans et sit parere parata. Harum autem
tantum conditionum quedam sunt. Debet tamen
esse confessionis scilicet quod sit frequens
et quod sit accelerata reliquie sunt
dentur. Debet ergo primo confessio p^o
esse simplex sine copia ut scilicet homo se
ipsum tantum accuset non alium. Propterea
deus vitam meam annunciavi tibi. De
hoc habitum est supra ubi agitur de hiis
que debet quis confiteri quoniam vero
aliquis in confessione debet aliena
peccata referre. Secundo debet esse hu- 2
milis. Eccli. iiii^o Coram presbitero humilia
animam tuam. Propter quod dicitur est super
sedere debet ad pedes presbiteri. Atten-
ditur etiam hec humiliatio in hoc quod
se bene se accusat et confitetur miseros
quia quanto homo in hoc ~~cognoscit~~
et magis se [illegible] tanto deus ei facilius
ignoscit. Unde super illud psalmi Iusti-
ciam meam non abscondi glossa Quando
homo detegit deus tegit et quando
homo tegit deus detegit. Tertio 3
debet esse pura scilicet quod admittenti
ut fiat ex timore filiali non servili
et ad dei honorem et non ex fictione
sicut quidam confitentur peccata sua
et tamen proponunt redire ad illa
de quibus propheta. Populus hic labiis
me honorat cor autem eorum longe
est a me. Tales deum derident ysi-
dorus. Irrisor est et non penitens
qui adhuc agit quod penitet. Nec
deum videtur poscere subditus
sed subsannare superbus. Non fiat etiam
ex proposito vel elatione sicut quidam
in confessione se extollunt et aliis
preferunt sicut phariseus qui di-
cebat Luce xviii Gratias ago tibi

dolere quia non plus sicut certi homines
3 [T]ercio debet esse fidelis scilicet ut tam
confitens quam confessor sint in fide
et fiat confessio sub spe venie alias
non valet de pe. dis. i. Sane peni-
tet/ et dis. vi qui vult unde non
debet peccator quantumcumque magnus de-
sperare de venia sicut Cayn desperavit
et Judas quia plus peccavit diffidendo
quam possit homo peccare et dicit
Jeronimus super psalmum viii eo Judas magis
peccavit in hoc quod se suspendit quam
4 in hoc quod tradidit Christum [Q]uarto debet
esse vera i. non tacens verum/ nec
admittens falsum/ etiam humilitatis causa/
Unde Augustinus li. de penitentia cum humili-
tatis causa mentiris si non eras pecca-
tor antequam mentireris/ mentiendo effi-
ceris quod prius vitaveras/ in te non
est veritas ubi ita te dixeris peccatorem
ut etiam esse recognoscas/ veritas
autem ipsa est ut quod es dicas/ nam
quo est humilitas ubi regnat fal-
sitas Sed contra i Joh. i. Si di-
xerimus quod peccatum non habemus ipsi
nos seducimus et veritas in nobis non
est/ Responsio debet se dicere peccatorem in genere
quia nemo sine crimine vivit/ ipse
autem non dicat se peccatum aliquod perpe-
trasse nisi sciat vel credat se esse
reum ergo est verum illud Gregorii
Bonarum mentium est ibi culpam agno-
scere ubi culpa non est/ Responsio. ~~debet se~~
~~dicere peccatorem~~ hoc potest dupliciter intel-
ligi uno modo quo ad scientiam ~~eius~~ actus
et sic non est verum/ alio enim ad
bonam mentem pertinet quod ad erra-
tam vel actum aliquem se commisisse

recognoscat quem non commisit alio modo
quo ad conditionem actus et sic est
verum quod dicit Gregorius [Q]uia iustis
in actu qui de se videtur bonus tamen
ne defectus aliquis copia fuit se
et sic dicitur Job ix verebar
omnia opera mea et ideo ad mentem
bonam pertinet iniusta formidine
quia corde tenet lingwa actum
vel ibi sunt agnoscere performidare
secundum Tho. al' potest dici breviter quod
loquitur de agnitione dubia non
de assertoria secundum pe. [Q]uintus est quo-
dandus qui per humilitatem se reputat
deteriorem aliquo qui est manifestus
peccator Judeo iniustus qui est in-
humilis non reputat se deteriorem
quo ad perpetrationem actus qui sit
peyor eorum Sed quia timet in
in his que hic agere videtur per super-
biam vel ypocrisim quamvis delinquat secundum Thomam
Quod dicemus de Augustino qui in libro
confessionum ex humilitate dicit Si quod
amare utrumque iustus sum Responsio quod non con-
stat autem quod Augustinus erat iniustus cete-
ris Responsio fateri se verum vel iniustum
est dupliciter aut sicut in iusticia per ne-
semper iustitiam et sic non debet
quis fateri se iniustum nisi habeat
conscientiam peccati mortalis/ aut sicut per
perfectionem iusticie et sic quilibet se fa-
teri potest iniustum/ secundum illud Ysaie lxiiii
Omnes iusticie nostre quasi pannus
menstruate/ nec iustificatur homo compa-
ratione dei secundum Job et sic loquitur Augustinus
li. bon. [S]exto debet esse frequens quod
intelligendum dupliciter uno modo ut quotiens
quis per peccatum mortale ceciderit totiens
per confessionem resurgat. Prov. xxiv.

Septies in die cadit iustus et resurget / qui enim vult maculas lavare animas oportet quod frequenter abluat eas. Ideo ut eadem peccata diversis presbiteris confiteatur. Unde et habetur de pe. dis. 3a. Quem penitet omnino quibus pluribus confitebitur sub spe venie turpitudinem criminis / tanto facilius consequetur graciam remissionis non tamen quod si confessio leviter facta sit et penitencia ad eam secuta non oportet iterato iterum confiteri que vel primo confessi sunt lingwa cordis non carnis apud iudicem iterum ea iniunguntur confiteri de criminibus. de pe. dis. sa. quibus auctibus. Sed quia quandoque confessio vel que primo facta fuit irrita vel fuit postea irritata ideo oportet eam aliquando iterari. Sunt autem quatuor casus precise et usitati in quibus doctores innuunt quod confessionem iteranda esse. Primus est propter enormitatem delicti sequitur oportet peccatorem ad superiorem remitti qui confessionem remissi debet audire et absolvere nisi malit alteri committere ar. xxxv q. ii. latorem extra de pe. et requisitanti. Secundus est propter ignorancia presbiteri vel cum presbiter cui est quibus confessus est ignarus sciencie enim debet presbiter tunc ligare et solvere sciens / et ei iterum confiteri de licencia vel proprii sacerdotis vel superioris dis. i. Qui penitet / dis. iii qui vult Et si negetur licencia et non essent superioris copia sufficit licencia petita licet non obtenta ar. extra de regulis licet / et denique pa. illa

mter Et glo. Si tamen confitens prudens esset confessorem instruet quod periculo confessionem expedit enim iterum confiteri non oportet. Tercius est propter fictionem ut si fictus penitens aliquod mortale in corde retinuit vel si cum voluntate peccandi accessit. Quartus est propter contemptum satisfactionis vel quando negligit et contempnit facere penitentiam iniunctam sibi Et ideo est de eo qui contempnat satisfacere et oblitus est penitentiam iniunctam ar. de pe. dis. iii. si aplus Si enim facit eam et implet iterare non oportet. Et intelligantur isti duo casus ultimi quando confitens presbiterum mutat Si enim ad eundem revertatur aut fuit retenconfessus et sic non tenetur aut ille est cuius peccata oblitus propter diuturnitatem temporis et tunc tenetur iterum eadem dicere sibi que prius dixerat. Vel tamen quod si penitens recolat penitenciam iniunctam sibi quam facere contempsit sufficit quod idem penitens eam exprimat presbitero tamen de novo confiteri nec tenetur confiteri peccata que alias est confessus de quibus fuit iniuncta penitencia illa h. hosti.

Sunt autem alii duo casus unus est peccati obliti recordatio / alius propter reclamationem in quibus tamen consulendum esset quod omnia iteraret quando sacerdotem mutaret vel cum revertitur ad eundem cum peccata cuius oblitus est propter diuturnitatem non tamen tenetur quod teneatur dicere alia peccata nisi in generali ut si dicat al se peccasse et confessum fuisse et cetera

et sibi talem penitentiam iniunctam fuisse
et sic satis potest eius condicionis
et magnitudo cognosci. Deinde addat
se implesse peccatum commisisse vel recor-
datum esse secundum Hostiensem. Hostiensis: Si quis post
confessionem etiam ante quam iniuncte to[tam] (margin: tcat)
pletionem recadiuaret peccata sibi dimi-
ssa prius confiteri non tenetur sed ei
sufficit prius iniunctam penitentiam complere secundum
Thomam. Nam aliud dicere est viam salutis (margin: precludere)
et confessionis multis auferre. Cum
multi aliquando confiteantur aliquod
peccatum enorme quod postea vix
diceret alicui sacerdoti ut auctores
predicti dicere compellunt quia hoc
non est confessionem dividere. Confessio
enim fuit integra et secunda similiter
quia tunc non oportet dicalis (?) hic
novum remorsum nec nova abso-
lutionem secundum Hostiensem. Contrarium tamen magis
periculosa et nobilius quantitas peccati non
posset comprimi nisi dicto aliquod
peccatum prius confessum et remissum
tenetur penitens illud peccatum iterum
dicere sacerdoti secundum Richardum. Aliquem tamen ✝
dico qui recordatus est peccati
obliti sic distinguunt scilicet quod aut
tempore confessionis penitens adhibuit
diligentiam prout de lege communi humana
permittit fragilitas vel memoriam
habet omnium peccatorum suorum mortalium,
aut fuit ignorans ignorantia
affectata vel crassa. Si primo casu
quod vera ratio exigit ut illud idem
peccatum confiteatur eidem sacerdoti si
illum commode potest invenire et non
potest ab illo sacerdote postea intendat

ti

[I]tem quod absolutio de oblitis

absolvendi potestas, aut predictam penitentiam
et omnia alia peccata mortalia priori
sacerdoti confessori confessus prius fuit
iterato confiteatur alii sacerdoti? Ei
primo non credo quod priori sacerdoti
tentione necessitatis illud peccatum confiteri.
Sed alii sacerdoti quamvis enim de eo
fuit absolutus quantum ad iudicium
ecclesie triumphantis et etiam mili-
tantis, quia absolvere potest de confessis
et de predictis oblitis, debet intelligi
sub hac conditione scilicet ut quando
sancta fuit admonitio dicatur
illi sacerdoti in confessione qui ab
illis absolvere potest tenetur illud confiteri
post eius oblivionem revocatam.
Et sic distinguit Richardus. De tertio
aut ad superiorem propter enormi-
tatem delicti distinguendum
quia aut recurrit ad eum propter
absolutionem a pena vel a penali
titulo puta excommunicationis vel
irregularitatis et tunc sufficiat
confiteatur illud sibi, aut propter
absolutionem ✝ et penitentiam recipiat
spiritualem. Si aut habet aliquam
excusationem rationabile ratione cuius
vult potius alii confiteri tenetur
illud revelare superiori et omnia
alia inferiori et ille committat ei
ab omnibus absolvere potest dummodo
ille facit penitentiam sibi a superiore
iniunctam pro illo peccato, quia quedam
peccata superiorum absolutionem reser-
vantur magis propter taxationem
pene quam superior in magis d[icitur]
discrete quam proprio habet ...

✝ etiam a culpa et tunc si superior non remittat
ad proprium confessorem, complendum penitentiam est quod [dic]-
tat omnia de quibus habet remorsum et pro
omnibus absolutionem ~~...~~

nde mbor capit absolutus ipsum aut
sbiti et superiori s una oplent
sufficientem absolucionem pcede
rune debet absolutus superiors eum
citth. Thos no dicit in quadam
fone decimol q presbit inferiori
bonibus aquibus pt debet
absolue eum deinde debet eum
ad superiorem remitte et re sdno
absoluend Si tame ille qui tu
absoluend
dicetur esset excomunicatus no pt ut
intendit in co. dis. xxi q. si. ab
solui aculpa nisi prius absolutus
sit ab excomunicatione quia excomunicatus
no est particeps sacramentorum
ecclie s thos. vn no bn dixit Ro
bertus in glo. ti. de pen. extra.
xxviijo Sz nuch erunt sup id
uno adillam q confessor pt
absolue excomunicatum aptib. prius
quamsit absolutus licet aut a sima confe
prius no tenea iterato ofiteri
pctta que aly ante leme e ofessus
est tame valde utile et quod q°
s addunctom pene exm clavium
~~ed adhuc nil pdest sedm aliqs~~
~~una uma absolucione tantu~~
~~dimittit venialia~~ sed adhuc nl
pdest sedm aliquos quia i pa
absolucione tantum dimittit
vi clavium quantum dimitti pt pdest
tame ad multos multiplicat
humiliationem instructionem gre aug
mentationem verecundie multi et
maiorem certificationem quia si no
sunt essem ipa absolucio et

confessio pt esse q secunda habet
quia melius invenit dispositum
et hec posicio videtur probabilior
secundo Caue tame debet penitens
ne adinpleat quibus confitetur nimio
onere pene obnatur Contigit
eum q quando multi ponunt sal in
eodem cibo cibus nimio sale desipit
Unde sufficit q aly confessores
primam sibi iniunctam aprimo confir
ment dummodo sit discreta et
si volunt possunt impone desuper
aliquid facile ut pr nr. Alys
no videtur q et si possitivo esset
no iterandi confessionem no tu
absolucionem precipue in eo qui no
habet tamen aliquam dubita
tionis de prima absolucione Ita
eum potest dubitare post secundam
absolucionem sicut post prima sed
videmus q extrema unctio non
iteratur secundum eundem morbum
quia totum q peccatum fieri potuit
semel fcm s3 et pecca in secunda
confessione no requirtur q hic
claves ille tamen fit confessio si in
ibi vis clavium operatur. potest etiam
facere videtur de pe. dis. pa c
dignius est una ubi dicit quod
quantocumque pluribus sacerdotibus
confitebitur in spe venie turpi
tudinem criminis tanto facilius
consequitur gratiam remissionis
ipsi enim sacerdotes plus iam pnt
pficere plus confitentibus parce
quibus eum remittit remittit
deus in hiis verbis innui videt

quod facilitas consequendi graciam re-
missionis per confessionem turpitudinis
pluribus sacerdotibus factam intelligi
debet quantum sacramenti respectu eiusdem
peccati / ideo dicunt quod eciam in secunda
absolucione gracia confitenti augmentatur /
et quanto maior gracia recipitur tanto
minus de impuritate precedentis peccati manet
Et ideo minor pena purgatoria debetur /
Sed eciam in prima absolucione datur
plus et minus de pena dimittitur
secundum quod plus et minus ad graciam dis-
ponit se / et potest esse tanta disposicio
quod eciam cum contricionis tollitur
tota pena ut dictum est supra Sed
contra secundum hoc totiens confiteri
posset quis et absolui eadem die quod
remittetur sibi tota pena omnibus
peccatis suis debita et ita grauissimum
peccatum remittetur cum pena modi-
ca Respondeo sacramentum penitencie respectu eiusdem
peccati in minus pluries repetitum non habet
efficaciam quantum clauium nisi renouata
reuerencia debita sacramento / ad quod
requiritur quod respectu eiusdem peccati non
iteretur nisi adueniente nouo motu
deuocionis vel noua erubescencia /
preter modum totiens posset recipi
quod tota pena remittetur non tamen
dico potest peccatum remitti sine pena ex
corporibus sustinuit penam quam peccatis non
est / erubescencia labor et sollicitudo
impenitendo(?) et confitendo sunt magna
pena Et huius secunde opinionis est
Rich. et Pe. Septimo debet esse
confessio nuda Et habet duplicem primo
quia non debet quis confiteri
per nuncium vel per epistolam sed viua

voce et propriis ore et pro[illegible]
ut qui per se peccauit per se erubescat
Unde Augustinus de pe. dist. 1. quod pu-
tet, precipit dominus mundatis leui-
Duodecimo, ut ostenderent ora sacer-
dotibus docens corporali presencia pre-
confitendum non per nuncium non per
scriptum Racio huius est pro quia con-
fessio non tantum est actus virtutis
sed eciam est pars sacramenti Et
licet ad eandem secundum quod est actus
virtutis sufficeret qualitercumque fieret
si non fieret vel esset tanta difficul-
tas in vnomodo sicut in alio tamen
secundum quod est pars sacramenti [illegible] habet
determinatum actum sicut et alia
sacramenta habent determinata materiam
Et sicut in baptismo ad significandum
ad interiorem ablucionem assumitur
elementum illud quod est ma-
gis in abluendo ita in sacra-
mentali ad manifestandum actum
ille assumitur ordinate quo magis
manifestare possumus scilicet verbum vocis
alii enim modi inducti sunt ad
supplendum huius Si tamen presbiter
interroget confitentem et ille ad
interrogata respondeat recognoscendo sufficit quantum
ad ea de quibus interrogatur in-
sit talis qui plus dimittet confi-
teri quam ore proprio confitebitur propter
eius hoc ex superbia esset de pe. di.
1. quibus finem hoc Sed contra
de eo qui non intelligit presbiterum
Respondeo videtur aliquibus quod in illo
casu non tenetur peccator confiteri nisi per
[illegible] potest unde sacerdoti proprie

o confiteri pt sz no tenet ut iure
dus nec positivo et tamen confiteri sit
ltum difficile non videtur tutum plas
tare confessionem quam pius divinum
positivum arcetur quia ut dicitur
penult. cum vehement eniungit cli
sagnem h. Rich. Et tamen eo co
venit Scot. secundum quem est talis
confessio in magnum periculum cedere
C Quid eciam de eo qui non habet
propriam presbiterum nunc et plurium tenetur
confiteri Ro. quod non tenetur tentone
nutus quia ad hoc non obligatur homo
iure nature nec iure divino ut po
sitivo et hoc est racionabile sacramentum
cum prime non est in medicis pubco
sed secreto in quo presbiter tenetur
attente diligenter examinare ut
prudenter intelligat quale debeat
consilium et remedium adhibere
de pe. et re. omnis Si autem tenetur
tentone nutus absente presbitero
confiteri proprium tunc incurreret periculum
aut esset defectus in predicta examina
tione aut de peccatoris penitentis
revelacione licet enim facile possit
di aut propter maliciam appe
riri aut propter ignorantiam tra
i illi cui non mittitur qui eas a
periret aut sacerdos si esset malicio
sus posset ~~tradere~~ iradere confessionis
bium et tunc penitente pma^m
iam probare talia probatione proba
li absque hoc quod ius hominis posset
ideo deprehendi Et h. ultima
racio concludit quod sacerdoti possit
penitens qui ut verbo ut nutu posset

confiteri nec tenetur tentone nutu confiteri presbitero proprio sed sacerdos non esset nutu
sed super erogacionis h. Rich. de
eciam xxxiiij q. ij Quales Quod
prima adultera presbiterum est recipie
da et hoc est verum ut ibid.
si sit presbiter non aut si sit absens possit
tamen penitens cuicumque videt ex
pedire peccata sua per litteras in significare
pro consilio recipiendo sed hoc non sufficeret
ut dictum est ad prime sacramentum
C Sextus debet esse confessio nuda
quia non debet fieri verbis ut nominibus
conviciis palliata sed quilibet peccatum debet
exprimi suo proprio nomine quantumcumque tur
pe sufficit tamen illud exprimere per
honesta verba Ita tamen quod presbiter
possit intelligere manifeste puta
dico dormivi cum tali aut cognovi
talem unde non oportet confitentem
turpiter loqui ut ribaldus dicit
enim exprimi omnes circumstancie peccatoris
que credimus aggravare quantumcumque
sint turpes et abhominabiles et
maxime ille que ponunt actum
malis quem peccati de pe. dis. v. Co
sideret C Octavus debet esse confessio 8.
discreta et hoc dupliciter primo ut dis
tincte seperatim singula peccata con
fiteatur ut illud ps. lavabo per sin
gulas noctes lectum meum i. per
singula peccata conscienciam meam Se
ut iudex potius eligatur de quo
dictum est supra C Nonus debet esse 9.
voluntaria ut non sit sicut confes
sio achor Josue vij Cum sua peccata
noluit confiteri donec reprehensus forte
fuit sed sit sicut confessio dextri

latronis in cruce pro volumtarie pa
sitabo tibi et confitebor nomini tuo
10 Decimo debet esse verecunda qualis
fuit confessio publicani de quo dicitur
Luce xviii° qui stans a longe non au
ret [audebat] oculos ad celum leuare sed percutiebat pectus suum dicens deus propitius esto mihi peccatori. Ergo stans alonge non audet nec ingressus et hetur depe dicens: que
penitet laboret merens patiendo eru
bescenciam et quia verecundia magna
pena est qui erubescit pro christo fit
dignus venia. Tamen [sine] debet verecundia in
confessione vitari ut scilicet non reddat
peccatorem mutum sed pocius absoluat
eum in magna parte a pena cuius de
bitor erat
11 Undecimo debet esse
integra ut scilicet omnia peccata mortalia
simul uni confiteatur quorum est me
mor de quibus alias non fuit legitime
confessus presbiter enim aut abori aut
cumulata culpa absoluit nullus autem
presbiter intendit absoluere confitentem
ab eo quod celat eum et non legitime
confessum quidem mentem inducit quod
irritet absolutionem Quod contingit
in quatuor casibus de frequencia
confessionis Si autem est confessus legitime
non oportet iterari nisi in uno casu bene
Si etiam aliquod peccatum commisit
quod alias committere conuenit iteranda
est confessio de illo peccato. Et hec in
quadam generaliter dicendo scilicet peccatum id
alias se commisisse cuius racio quod primum
peccatum aggrauat sequens. Sicut ergo
oportet in medicina corporali quod me
dicus non tantum membrum quod
mederi debet cognoscat sed etiam
virtutem totam et habitudinem infirmi
quia unus morbus quandoque alius
aggrauatur et sepe medicina que
uni morbo conuenit alteri non competit Similiter

etiam intelligendum in spiritualibus
morbis cum quis aliquis peccatis continue
fit infectus ut Gregorius docet in pastorali
Et ideo nota quod homo omnia peccata
confiteri tenetur uni confiteatur alia
non est confessio sed confessionis
simulacio unde Augustinus libro de penitencia
distinccione vi capitulo 1 Caueat penitens ne
verecundia ductus diuidat apud se con
fessionem ut diuersa diuersis velit ma
nifestare quod est se laudare et ad ypocrisim
tendere et semper venia carere
Quando
autem confessor tenetur ad memoriam
reducere confitenti peccata que scienter
vel audiuit eum commisisse. Nota si de
hiis etiam habet scientiam aut probabilem
opinionem reducere debet ad memoriam
confitenti confessor si credit quod
sit timendum ne confitens super hoc laboret
ignorancia crassa que non excusat
vel non adhibeat debitam diligenciam
ad recolligendum peccata sua vide Hostiensis
Item
si parochialis presbiter sciat vel credat
esse occultum impedimentum in matrimonio
aliquorum suorum parochianorum numquid
tenetur eis reuelare in foro penitenciali
vel contra. Nota aut scit aut probabiliter
credit quod impedimentum illud probari
possit aut non. In primo casu debet
eis reuelare vel ut ipsi parentes
diuorcium vel se habeant ut frater et
soror vel ipse presbiter hoc denunciet
superiori et subministret probaciones
si oporteat quia tunc sic prelatus tenetur
ad illud inquirendum. In secundo
casu non tenetur eis dicere nisi credat
quod super laboret ignorancia crassa
que non excusat. In quo casu debet eis
dicere si probabiliter credat quod pot

(left margin:) proprius dicitur vel agitur
(left margin:) Iteratur confessio
(right margin:) nota continuum

sint super hoc acquiescere consilio bono-
rum virorum aliás eis dicere non tenetur
q(ue)rdo ¶ Duodecimo debet esse con-
fessio secreta scilicet ut homo confiteatur
uni soli presbitero et in secreto pecca-
ta sua nisi sit peccatum adeo enorme quod
totam commovit urbem vel etiam
totum orbem quod quis debet
quibus in publicis confiteri vel in publicis
sollempnis penitentia imponatur ut et ven-
se cognoscat vel fateatur Dicit igitur
quantum est debere quod confessio
debet in secreto fieri uni sacerdoti
sicut expresse dicitur decretis omnis utriusque
et racio est quia si publice
infinita mala orirentur scilicet brigee discor-
die et infamie unde confessio tunc
esset valde onerosa ignominiosa et periculosa
ut patet nec obstat illud Augustini
nemo dicat sibi occulte penitentiam ago
quia loquitur de occultatione respec-
tu presbiteri ¶ Quid si penitens simul
pluribus presbiteris confiteatur et ab eis
absolvatur utrum tunc recipit sacre
sacramentum Dico quod sic non tamen
cum quis modus exprimendi personam
absolventem vel actum absolutionis
in singulari vel in plurali de necessitate
requiratur ad esse eiusdem sacramenti
secundum Richardum nec tamen possunt plures
simul uni presbitero confiteri quia hoc
magis est contra secreta quod in presenti foro
debet servari quam unum pluribus
confiteri quia illi plures presbiteri ita
obligantur ad celandum peccata confessa
sicut unus plus sed plurium confite-
ncium simul non ita stricte obligatur
unus ad celandum peccata alterius tamen

tamen quod nisi penitens velit duobus
simul confiteri ut eius consilium
habeat ab ambobus quam alter solum
duo presbiteri simul audientes unum con-
fitentem et simul absolventes peccant
quia faciunt contra consuetudinem ecclesie
et contra statutum secundum Richardum Alii dicunt
quod sacramentum penitencie suscipi non potest nec
ministrari nisi in foro secreto quia ibi
agitur de occultis conscientie presbiter etiam
ibi Christum representat qui est unus unde
dicunt quod pluribus presbiteris simul con-
fiteri sacramentalis confessio non videtur
et hoc sane est securius quia confessio
sacramentalis secretissima debet esse
¶ Decimotercio debet esse lacrimabilis 13
et amara Ieremie in trenis deduc quasi
torrentem lacrimam per diem et noctem
Crisostomus de penitentia dicit lacrime lavant
delictum quod voce est pudor con-
fiteri id est quod est cum pudore et vere-
cundia confitendum Ysaie xxxviij Re-
cogitabo tibi omnes annos meos in
amaritudine anime mee ¶ Decimo quarto 14
debet esse festina Ecclesiastici v° ne tar-
das converti ad dominum et ne differas
de die in diem subito enim veniet ira
illius et tempore vindicte disperdet te ¶
Utrum autem peccator statim cum potest tenetur
confiteri dictum est supra ¶ Decimoquinto 15
debet esse fortis scilicet ut vincat pu-
dorem exemplum patet maria mag-
dalena ¶ Decimo sexto accusatoria ut 16
dicat se commisisse peccatum propria mali-
cia se fortiter accusando non pretendens
excusationem in peccatis sicut enim dicitur proverbiis
xviij° Iustus prior accusator est
sui ¶ Decimo septimo debet esse para- 17
perre Augustinus ponat se penitens

omnino in iudicio sacerdotis nichil sui re-
servans sibi ut omnia intente eo pa-
tus sit facere precipienda a corporis
morte dicitur dis. p. a. Consideret
superdictis condicionibus xvi in versibus
contentis illis quidam addunt quod
debet esse morosa scilicet ut non
dicantur peccata intrusatim sicut
computant campsores nummos
sed cum mora et cum deliberacione
ut quanto hic devotio attendatur et ma-
ior verecundia et contricio habeatur
sed hic magis requiritur de congruo
quam de necessitate. Sed nunquid confessio
debet esse in firma caritate. Respondeo
Sacramenta quedam ordinata
sunt ad graciam acquirendam ut
baptismus et penitencia quedam ad graciam
promovendam sive augendam ut
confirmacio et eukaristia. Dico ergo
sicut quod secunda sacramenta non habent
efficaciam nisi in habentibus caritatem
sic nec penitencia nisi in disponentibus
se ad caritatem. Et sicut dictum est supra
quod tenemur ad eukaristiam accedere
cum caritate non quidem necessario secundum
veritatem sed sufficit secundum probabili-
tatem. Hec autem disposicio est atti-
cio que sepe in confessione et ab-
solucione presbiteri formatur per graciam
ut contricio fiat vel ad eam totaliter
subsequatur. Unde sufficit quod
homo probabiliter se disponat ad graciam
ponendo peccatorum detestacionem quod si non
facit sed cum voluntate peccandi a-
ccedit mortaliter peccat quia sacra-
mentum irritum facit in quantum
est in se quod non est sine contemptu
clavium dicitur dis. in. quia h. et ca.
sane ubi dicitur quod sicut vera
punietur penitencia vera sic deum

vel ab homo si sit oblitus quam audivit
irritat simulata i. ficta unde tenetur
reverti ad sacerdotem et petere absolucionem
Sed queritur unde regulariter confessio
Respondeo quia est opus sacramentale
ad iustificacionem ordinatum unde quando
confessio est ad absolucionem ordi-
nata non tenetur ergo quis confiteri
vel cum caritate vel cum disposicione ad
caritatem sufficienti secundum veritatem vel secundum
probabilitatem ut bonum Et sunt tamen co-
ntrarii dubium quod si quis cum proposito
peccandi confitetur alicui qui aliam
eum ante audivit. Si autem primo qui ad-
huc est nescit non tenetur de hoc supra
c. ... di. vi. ... Si non obicitur
quod recipiens sacramentum tenetur
se disponere ad recipiendum effectum
eius aliter ficte accedit et mortaliter
peccat sed effectus confessionis non
est nisi in habente caritatem ergo tenetur
homo confiteri cum caritate. Respondeo nemo
recipit eius effectum nisi habeat saltem
in principio confessionis vel in medio
vel in fine multi autem habent in fine
qui non habent in principio ~~confessionis~~
~~vel in medio vel in fine~~ et aliqui
se credunt habere in principio et in
fine qui forte non habent et aliqui
non habent ~~et aliqui non habent~~ nec habere
credunt primi non incurrunt offensam
sed acquirunt graciam tamen acquirunt
iram secundum bonum. Aliqui non dicunt
quod licet confessio facta in mortali
peccato sacramentum non valeat ad remis-
sionem nisi dispositive tamen ad hoc
valet scilicet quod talis non est preceptum
transgressor sententiam enim actuum
preceptorum non semper tenemur complere
cum caritate ad vitandum demeritum

Margin notes: vita aut [illegible] pervitanda — quod caritate [illegible] — [illegible] — eandem — Licet non est necesse quod accedens ad confessionem habeat caritatem sed dispositionem ad caritatem sufficientem secundum veritatem sed sufficit secundum probabilitatem — [illegible]

licet sine caritate actus non mereatur
premium. Unde talis non tenetur iterato
eadem peccata in illo iterum confiteri presbi
tero, quia licet non recipiat tunc
fructum absolucionis, recedente
tamen fictione incipiet proficere,
sicut est in aliis sacramentis. Et sic
qui fictus accedit non tenetur
iterare confessionem sed tenetur
confiteri postea suam fictionem.
Et pro hac opinione facit quod dicitur
extra de pe. et re. c. quidam, de illis
qui veniunt ad confessionem et non
penitent, quod eorum confessio
est admittenda et tel crebris
et salubribus monitis penitencia est
iniungenda, communicanda, absolvendi
tamen non sunt. Unde si absolucionem
non recipiant, non contempnunt sacra
mentum nec a confessore nec a con
fesso. Pro hac eciam opinione est de
pe. dis. in capitulo ultimo. Hoc etiam
senciunt Rich. Tho. et Pe. de Ter.
super dicto c. quod quidam. Et Jo.
Secus autem est de contricione et
satisfactione, quia hec fiunt deo, sed
confessio fit homini. Et ideo de ra
tione illarum est quod homo sit deo
per caritatem unitus, non autem de ra
tione confessionis etc. Sequitur videre de con
fessionis effectu. Titulus xixus

Deinde considerandum est de
effectu confessionis. Et circa
hoc queruntur plura. Scilicet utrum confessio
liberet a morte peccati. Primo pro inquisitione
est sacramentum proprie proprie
in confessione, quia per eam homo
ministris ecclesie se subdit qui sunt sacra
mentorum dispensatores. Contricio enim

votum confessionis annexum habet
et satisfactio pro iudicio presbiteri cui
fit confessio taxatur. Quia in sacra
mento penitencie gracia infunditur, per quam
peccata remittuntur sicut in baptismo.
Ideo eodem modo confessio cum ab
solucione coniuncta culpam remittit
sicut et baptismus. Et sicut bapti
smus liberat a peccati morte, non tantum
secundum quod actu percipitur, sed eciam secundum
quod in voto habetur, patet in hiis qui
iam iustificati ad baptismum accedunt,
et si quis obicem non prestaret quod
ipsa susceptione baptismi graciam con
sequeretur remittentem peccata, si prius
non fuissent remissa, similiter idem
est de confessione adiuncta absolucione,
quod secundum quod in voto penitentis precessit
a culpa liberat, postea non in actu
confessionis et absolucionis graciam
auget. Et eciam peccata remittuntur
si precedens dolor de peccatis non sufficeret
ad contricionem, et tunc ipsa obicem
gracie non preberet. Et ideo sicut de
baptismo dicitur quod liberat a morte,
ita de confessione dici potest. Sed obicitur
quod habetur in sen. dis. xvii scilicet quod
per confessionem fit veniale quod
prius erat mortale, secundum hoc enim
videtur quod per confessionem non
remittatur culpa sed pocius cul
pa mutetur in culpam. Respondeo veniale
non sumitur ibi pro culpa sed pro pena
de facili comparabili veniale cum
dicitur tripliciter. Uno modo ex genere ut verbum
ociosum. Alio modo ex causa, id est ipse
veniam tamen habens ut peccatum ex
infirmitate. Tercio ex eventu et ceterum sumitur

bet quia per confessionem hec eueniunt
scilicet quod deleta culpa pena consequatur
hec thomas. Utrum confessio liberet aliquem
a pena. Respondeo sic nam confessio simul cum
absolutione habet vim liberandi a pena
dupliciter. Uno modo virtute absolutionis
et sic liberat confitentem in voto a pena
eterna sicut et a culpa que quidem
pena est pena dampnationis et confitens
toto contritus a qua liberatus ad-
huc manet obligatus ad penam tempora-
lem scilicet quod est pena medicina
promouens et purgans et hec pena
restat in purgatorio patienda
etiam hiis qui a pena inferni sunt
liberati que quidem pena improportionata
viribus penitentis in hoc mun-
do viventis ita quod satisfaciendo
in hac vita purgare se possit. Alio
minuit penam ex ipsa natura actus
confitentis qui penam habet annexam
erubescentie. Et ideo quanto aliquis
plures de peccatis confitetur tanto
magis pena minuitur. Sed contra
voluntas pro facto reputatur ergo
hec tantum valet contritio et propositum
confitendi quantum confiteri. Et ideo
per voluntatem confitendi nichil de
pena dimittitur per confessionem. Respondeo
illud non intelligitur in hiis que sunt
ab aliis ut in baptismo sed in hiis que
domino sunt ab homine verum quo ad
premium essentiale non autem quo ad pe-
ne remotionem et huius respectu quod
attenditur minimum accidentaliter et secundum quid.
Et ideo confessus et absolutus in pur-
gatorio minus punietur quam contritus
tantum hec thomas. Utrum confessio genera-
lis sufficiat ad delendum mortalia obli-
ta. Respondeo sic aliquando nam confessio operatur

sed per virtutem clavium dimittitur quod remanet proportionata viribus penitentium in hoc mundo viventium

presupposita contritione que culpam
delet et sic confessio dicitur ordinari
ad dimissionem pene quod quidem fi-
at ex erubescentia quam habet et ex
vi clavium quibus se confitens subicit.
Contingit autem aliquando quod per contritionem
precedentem peccatum aliquod est deletum
quo ad culpam sive in generali si ei
memoria non habeatur sive in speciali
si eius memoria tunc habeatur et
tamen ante confessionem illius peccati
quod est oblitus et tunc confessio
generalis sacramentalis operatur ad dimis-
sionem pene virtute clavium quibus se
subicit confitens nullum obstaculum
quantum in ipso est ponens sed ex ista
parte qua erubescentia confessionis
peccati penam dimittebat pena istius
peccati de quo specialiter quis non erube-
scit coram presbitero non diminuta est
ergo per confessionem generalem cum
generali contritione remittuntur peccata
oblita quia deus ab homine non re-
quirit ultra id quod potest de oblitis autem
quia dum oblita sunt homo in speciali
non potest confiteri nec est intelligendum
quod ad remissionem mortalium oblitorum
sufficiat generalis confessio nisi
sacramentalis si homo habeat copiam
presbiteri et facultatem confitendi
quia hiis habitis tenetur de mortalibus
oblitis generaliter confiteri et a presbitero
petere absolutionem hec Ricardus. Utrum
confessio generalis delet peccata per ig-
norantiam commissa. Respondeo ignorantia
iuris non excusat quia ipsa peccatum est
sed ignorantia facti excusat. Unde
aliquis debet quod non confitetur peccata
que nescit esse peccata propter ignoran-
tiam iuris dum non excusatur

ticlari ut si cognouit alienam quam credit sua esse. Et obliuio peccati et ignorantia facti

affitione. ex tunc aret aut si facit ea esse peccata ppt ignorantiam facti et ideo excusat a pecto fictionis in confessione que quidem absolutionis et confessionis impedit fructum.

Utrum generalis confessio valeat ad venialium remissionem. Pro venialia non opponuntur directe caritati quia non auferunt directe adeo sed indirecte quia disponunt ad auferendum. Unde est quod non requiritur ad eorum deletionem noue gratie infusio nec gratia spiritualis. Unde sufficit ad eorum deletionem contritio et generalis confessio. Et pe. Attendendum autem quod confessio generalis est duplex. Quedam sacramentalis que scilicet fit in secreto sacerdotis de quibusdam singulorum et non de singulis generaliter. et valet ad quam ad remissionem venialium quantum ad culpam et etiam penam vel in parte vel in toto scilicet contritione confitentis humilitate confessionis oratione sacerdotis. Alia quantum est quedam persona et communis clarum. Quedam autem est non sacramentalis que scilicet fit publice coram multis et cum multis in ecclesia et tunc est efficax ex bonis operibus et non communis et ideo non subiungitur ei ympna et completoris absolutionis nec satisfactionis iniunctio sed tunc oratio scilicet misereatur. Hec Tho.

vide de sigillo confessionis.

Postea considerandum de sigillo confessionis. et circa hoc queruntur plura scilicet. Utrum sigillum confessionis sit debitum. Pro quod probant aliquid sit eadem persona secundum naturam. Sic affirmare potest aliquid loquens in persona alterius quod vero loquens negat in persona propria. Unde angelus loquens moysi in persona dei sic dixit. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egipti. Exo. xx. quod sic negasset loquens in persona propria. Ita similiter homo reputatur persona dei in foro confessionis. Vero potest aliquid affirmare confessionis qui loquitur in persona propria. Vero negat ut persona propria. Unde quis veritatem negando se audiuisse vel scire que ad notitiam eius non devenerunt ipsi inquantum reputabat persona dei. Ergo in foro confessionis dicendo se illa audiuisse vel scire mentitur. Sed veritate media cum est de natura sic ergo et confessionis sigillum. Sed contra hanc conclusionem arguit sic Scotus quia secundum eos qui ad ducunt predictum conclusionem et secundum veritatem ut probatur postea licet peccata in confessione detecta in ulla et in particulari non relata ad personam confitente directe sunt etiam probatur per id quod dicit et re. officii ubi Innocencius iii. videt cuidam cardinali legato qui scripsit sibi casum quem in confessione audierat et petiit consilium quem tamen papa non redarguit de reuelatione illa in nulla est perpetuam et videtur quare tali persone confitenti sit compulendum. Hoc etiam patet in quibusdam confessorum qui est in quibusdam sermone et in predicatione dicunt aliquando talis casus contingit aliquis

cum persona sit vel sit peccatum. Ergo ista propositio: confessor licite potest dicere extra confessionem peccatum sibi detectum in confessione, ita tamen quod nullomodo relatum ad personam confitentem ut possit deveniri in noticiam eius. Sed si racio predicta valet hoc non licet, quia non innititur predicto, quod non sciens particularem nisi per predicatum singulare si nesciat illud singulare per particularem illam. Sed iste non scit aliquam personam fecisse tale peccatum nisi per hanc personam sibi confessam et hoc peccato sibi confesso, igitur sicut intelligitur de hoc et hac quia nesciens/ similiter et de alia/ unde presbiter in confessione nec audit nec loquitur in persona dei, sicut eciam in aliis sacramentis. Unde minister dei baptizat et consecrat et huiusmodi et tamen ut homo et in persona propria scit se baptizare.

℞ in persona propria sed ut minister dei / et ut minister dei

et sic mediante potest se dicere baptizare

// Tenendo ergo quod confessio sit de iure nature, possunt assignari adhuc alie raciones quarum prima sumitur ex racione caritatis, 2a ex racione fidelitatis, tercia ex racione veritatis. Prima est talis: lex nature de caritate sicut exprimitur Matthei vii: Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines facite illis. Hec enim est lex et prophete. Et Luce vi: Prout vultis ut faciant vobis homines et vos similiter facite illis. // Eciam debet intelligi ista propositio: que vultis, id est que debetis velle secundum rectam racionem, et includitur in illa propositione illa propositio posita Matthei xxii: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sed quilibet secundum rectam racionem debet diligere propriam famam, igitur et celacionem peccati sui confessi, et per consequens confessor debet id diligere

fundata

famam

et velle ipsi confesso. Sed revelacio tolleret a confesso famam, ergo etc. // Secunda racio est talis: quilibet de lege nature debet servare fideliter proximo suo quam sibi vult et debet velle servari. Sed committens secretum maxime alteri vellet sibi servari et debet velle tamquam secretum sibi (alias enim committitur) teneri illud servare. // Hec racio tangitur Proverbiorum xi: Qui ambulat fraudulenter revelat archana, qui autem fidelis est celat amici commissum. // Tercia racio est: quilibet de lege nature tenetur servare promissum licitum. Sed recipiens secretum maxime in confessione detectum, et si non explicite tamen implicite promittit se servaturum, quia sine tali promisso saltem intellecto non committeret sibi tale secretum, ergo etc. Hec racio potest accipi ex illo: loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. Non solum autem celacio confessionis est de iure nature sed eciam de iure positivo divino positivo, quod sic patet. Quicumque christianus tenetur non dare occasionem alteri qua recedatur a lege Christi. Sed lex Christi est de confessione facienda sicut tactum est supra ubi agitur de iustificacione eius, igitur quilibet lege Christi tenetur non retrahere aliquem a confessione facienda. Sed revelans confessionem occasione data retrahit alios a confessione, ergo etc. Est eciam de iure positivo ecclesiastico ut patet extra de pe. et re. Omnis.

Utrum in aliquo casu liceat presbitero revelare confessionem. Videtur quod in nullo casu liceat, sive penitens peniteat sive non, sive confiteatur peccatum iam opere perfectum sive pre

fraudis sive sit peccatum in moribus
sive in fide. Unde falsa est opinio [illegible]
[illegible] est hereticus tamen quod non con-
fessio celat. Hoc autem probari potest
auctoritate et ratione. Auctoritate quia extra de
pe. et re. Omnis utriusque. Caveat sacerdos
ne verbo vel signo vel aliquo modo
prodat peccatorem, sed si prudenciori
consilio indiguerit illud absque ulla
expressione persone requirat. Probatur
etiam per illud tamen de pe. dis. vi. Sacerdos ante omnia (omnibus)
cum revelacio cuiuscumque peccati
in foro penitencie solum cogniti prohibetur
generaliter ratione multiplici. Prima est quia
sicut baptismus est sacramentum licet
quis fictus accedat nec propter hoc
est iterandus aliquid de ceteris sa-
cramentis, ita confessio non desinit
esse sacramentalis licet confitens
emendacionem non proponat. Et ideo non est
celandum [illegible]. Nec tamen confessionis
sigillum contra caritatem militat
quia caritas non requirit quod reme-
dium apponatur peccato quod scitur tantum ut Deus.
Nullus autem homo per confessionem scit quod
nescit quia non scit illud ut homo
sed ut Deus. Secunda ratio quia si liceret
revelare confessionem vilis redderetur
ut minus in reverencia haberetur et paucius
veniret ad eos. Tercia est quia via
fraudibus aperiretur, tunc cum multi
crederent homini in confessione multi
mali se iustos ostenderent ut aliquando sibi
tenendo laudarentur ut sic postea possent
promoveri et honorari. Quarta est quia
si liceret revelare confessionem,
celatio confessionis de iure nature
non esset, quod inpertinenti quantum probatum.

est forma penitencie cum foro consciencie
confunderetur. Debet tamen confessor
cum magna diligentia precavere propter posse
ne peccatum perpetratum in confessione sibi
detectum opere perpetretur sed confitentes
monendo et aliis diligentiam appo-
nendo ne perpetrum corrumpant. Potest
etiam dicere prelato ut diligentius vigi-
let super gregem suum observata tamen
discretione ut nullus dicat vel faciat
aliquid per quod verbo vel signo aliquo
confitentem prodat vel aliqua mala
sinistra suspicionem vel opinionem de eo aliis
faciat. Hec omnia Riccardus. Ex predictis patet
quod Raymundus non bene dixit [illegible] quod confessor
non teneatur celare peccatum commissum, in fide. utrumque Rich. dicit quod confessor tenetur celare peccatum
non autem committendum, hoc est contra communem
sentenciam Riccardi, Bonaventure, Hostiensis, Scoti,
Thome, Petri, ut patet in eorum scriptis et
communiter omnium doctorum. Item si preci-
piat papa confessori quod dicat illud
quod per confessionem scit, dico non tenetur
sibi obedire, quia sacerdos non tantum
tenetur celare confessionem de precep-
to ecclesie sed etiam de iure nature
et divino ut dictum est supra, super que
iura non est papa. Unde si precipiat
sibi sub pena excommunicacionis late sentencie
non tenetur quod dicat illud, quia debet
estimare quod precipiens intendat
quod dicat illud si sciat ut homo.
Si etiam excommunicetur de confessione
dicere non debet, nec excommunicacionem incurrit
quia non est subiectus suo superiori
nisi ut homo, hoc autem nescit ut
homo sed ut Deus. Hec Thomas. Hoc tamen
ultimo dictum improbatum ut supra
secundum Scotum. Quinto si presbiter habet aliquid

peccatum mortale de quo confiteri non
posset nisi confessori sibi facta revelaret
Videtur quod non dicet confiteri
illud peccatum durante eum tali casu
sibi sufficeret de illo casu cum peccato
contericionem proposito illud confitendi
quando posset hoc facere sine revelacione
persone sibi confesse et sine quocumque
preiudicio sigilli confessionis / forciori enim
vinculo ligatur confessor ad celandum
quam penitens ad confitendum Hec
Richardus / Et conveniunt cum eo Scotus / Pone
fe velle aliquem dixisse infirmitatem presbitero cum
eis pergentem in nemore / quorum
unus ante nemoris ingressum penituit
et confitetur illi unumquam ille presbiter nemini
ingreditur / videtur quod sic quia non in-
grediendo videtur revelare facto
confessionem istius confessi aliis sociis
non penitentibus Non potest dici quod sacerdos
iste multiplicem occasionem habere potest
non intrandi nemus quam ab ista
placuit sibi deserta / et ad minus
multiplicem aliam potest cognoscere et
dicere coram illis volo hoc facere vel
illud / ad illum locum declinare
antequam procedam ulterius Et si
ex tali occasione allegata videatur
diuertere tunc nec verbo nec facto
revelat confessionem / Si autem non posset
ex alia occasione diuertere quin
appareat illis aliis quod propter confessionem
diuertit et in hoc facto revelet con-
fessionem / dicit quidam quod debet intrare
nemus et si exponat se morti hoc
est pro iusta causa ut servet legem
dei de sigillo confessionis et propterea
si moritur martir est // Aliter dici potest
quod non debet reputari revelator

confessionis nisi faciat quod contra
naturam precedat peccatum confessum
diuertere a nemore non est huius generis
Et generaliter dici potest quod signum quod
de se est indifferens ad significandum
tale peccatum fuisse confessum vel non
fuisse / sed aliquibus fit signum magis
determinatum ex aliquo presupposito
non est expresse signum revelatum con-
fessionis nec propterea simpliciter illicitum
confessori secundum Scotum // Quid si presbiter
compelletur dicere utrum de aliquo
sibi confessa audiuisset aliquid cum
Non in isto casu tenetur dicere se nichil
audiuisse et se debere nichil scire et
verum dicit ut patet ex solucione primi
questionis huius ca. nec est idem ut
quidam dicunt quod presbiter interroga-
tus nunquam aliquam peccatum debet dicere
sed tacere quia posset casus con-
tingere in quo per suam taciturnitatem
vel fugam recedendi de persona sibi
confessa mala suspicionem generaret
secundum Richardum // Potest etiam dicere quod de eo
nichil scit etiam per confessionem
quia subintelligitur ut homo vel
nichil scit per confessionem sic reve-
landum sicut dicitur Christus xiii de die et
hora nemo scit neque angeli in celo neque
filius hominis et subintelligitur quod
nichil scimus quod sit revelandum
nobis secundum Godo / Credo etiam quod
si quis expresse de sua professione
quereret quamuis ille esset ...
abiurgari debet / adiuuere quod
in hac confessione dicatur aliquid
quod non est verum secundum Scotum / sed quod
illud quod nouit homo per confessionem
non nouit ut homo // Quid si qui

detexit confessori in confessione tamen
aliquod peccatum quod est complicitatis,
secundum usum viuendi quem Si
autem primo non tenetur sic debet
imponere qui peccauit quia hoc
est perfectionis ipsius / qui totum
uictum comparant a christo scilicet
imitari uiri perfecti qui sunt in statu
perfectionis et ideo si fiat elemosina
debet fieri de eo quod superest
necessario et tunc est satisfactoria
Si autem dicatur necessarium 2o de quo
dicit Augustinus nulla superflua habere
probabitur si sola necessaria teneat
de tali sit proprie satisfactoria
de superfluo non hinc / necessario non
sit quoniam est de rigore iusticie
Credo tamen quod diuine misericordie largi-
tas est tanta quod totum accep-
tat et quasi pro nichilo nos sal-
uat secundum Bon [Circa non de propriis
sed alienis uel illicite acquisitis
debeat fieri elemosina / requiritur aut super hoc
aut ad prius dictum sufficiat scilicet
adhuc quod elemosina sit satisfactoria
necessarium est quod qui eam dat iusto uel proprium
titulo habeat et tenere et possidere
valeat aliter tenetur potius reddere
quam habet Bon etc. [Sequitur videre
de oratione tytulus xxvii^us

Deinde considerandum de oratione
Et primo et de eius quiddi-
tate 2o cui competit orare / Tercio
cui competit orare / Quarto de oratione qualiter
Quinto quid in ordine debet peti / 6o pro quibus debet
orari / Septimo de orationis utilitate
et efficacia siue uirtute / Octauo
de orationis necessitate / Nono de diuina lau-
de que in orationibus inseritur / Decimo
de deuotione ex qua oratio uirtuosa
redditur / Oratio enim sine deuotione
est quasi mugitus bouis / ut dicit
Augustinus [Circa primum queritur prima Ar. 9 p. 9
secundum eius proprie oratio sit actus scilicet
rationis uel uoluntatis Primo orare
dicitur dupliciter Uno modo pro desiderio
optinendi aliquid adeo quod desi-
derans ordinetur in ipsum / et sic
oratio est quidam ascensus anime
intellectiue ad deum qui est uo-
luntatis et affectus / et intellec-
tus diligentis / et sic dicit Dam. li.
iii^o cap. xxiii^o oratio est ascensus in-
tellectus ad deum et glo. super
illud ps. Accedite ad eum / dicit
fide intelligendo / et duobus pedibus
gemine caritatis currendo / primum
pertinet ad ductum intellectus / 2m
ad ascensum affectus / 2e Similiter
oratio 2m quod proprie est et distinguitur
contra obsecrationem postulationem et

ro no diag dc orn p nob

gratiarum actionem / ut glosa super illud psalmi:
Domine ante te omne desiderium
meum. Ubi dicitur: numquam desinit orare
qui non desinit amare. Item homo
orare est id quod per deum deprecari
loquendo addendum per modum propositionis
non indicativum sed supplicativum / et sic
actus intellectus ut elicientis / et
voluntatis ut moventis / et sic secundum
dicit Aristoteles x° libro ethicorum Quod ora-
re est dicere / et Damascenus iiij inte-
r. in dicit quod homo per deum loquitur
deo / et philosophus p° ethicorum c. penult.
Quod ad optima deprecatur ro heo-
rich. Utrum oratio sit actus religi-
onis. Respondeo quod sic quia per deum homo
deo reverentiam exhibet orando /
inquantum scilicet ei se subicit / et profi-
tetur orando se indigere eo sicut
bonorum suorum auctore / hec autem pertinet
ad virtutem religionis cuius ut dictum
fuit in iiiº libro est honorem debitum
deo exhibere. Sequitur videre de 2°
scilicet cui conveniat orari. Respondeo quod hoc
convenit deo et etiam sanctis eius
unde Job vº ad aliquem sanctorum
convertere / aliter tamen deus oratur aliter
sancti orantur / deus enim ut per ipsum
illud quod petitur impleatur / Sancti
autem qui sunt in patria petitiones
nostras quas ad eos dirigimus /
verbo quod ipsi vident eis manifesta-
te cognoscunt. Sancti non qui
sunt in via vel in purgatorio non
dum fruuntur visione ut possint
ea que nos cogitamus vel dicimus
cognoscere. Et ideo imploramus
orando suffragia sanctorum existe-
ntium in purgatorio vel in mundo

avimus tamen petimus colloquendo
adhuc non quod quia spiritus sanctus
ex personali proprietate licet quod sit donum
deo magis sibi competit quod ipse
petat quam quod aliquid ab eo
petatur quamvis etiam ecclesia aliquas
orationes dirigat ad ipsum licet non eas
que loco orationum in ecclesia recitantur
ut illud Veni creator spiritus mentes
tuorum visita. Sequitur videre de 3°
scilicet cui conveniat orare et circa hoc
queruntur plura. Utrum scilicet conveniat soli
creature rationali. Respondeo quod sic ut ...
ex predictis in solutione prime questionis
de oratione. Utrum Christo competat ora-
re pro nobis. Respondeo Christus inquantum
homo orat pro nobis, quia Christus
preficitur eum suppositum cuius
non est orare sed adiuvare. Igitur
quod dicimus Christe audi nos Christe
miserere nobis Et inhoc est vitanda
heresis Arrii qui posuit personam
filii minorem patre / et heresis
nestorii qui distinxit in Christo
personam filii hominis a persona filii
dei. Utrum sancti qui sunt in patria
orant pro nobis / et utrum illi qui
sunt in purgatorio orent pro
nobis / et utrum illi qui sunt in pur-
gatorio / require super eta sum-
mam libri. Sequitur videre de 4°
scilicet qualiter debet orari / et quid
de aliquibus conditionibus / et primo
illis que requiruntur in oratione ad hoc
quod sit impetrativa dicetur infra
ar. vi. tamen adhuc circa hoc queruntur
plura scilicet utrum oratio debet
esse vocalis. Respondeo quod sic est ...

.Ar. 2.9

imperio oro scilicet omnis et singularis Co-
munis que per ministros ecclesie impera
ecius ipsi fidelis deo offertur et
ideo oportet quod innotescat toti populo
pro quo offertur quod non posset fieri
nisi vocalis esset Et ideo etiam
instatus vel cantus fuit abecta [?]
institutum Vnde Augustinus dicit
de se ipso quod flebat vberrime in ymp
nis et canticis suauiter sonantis
cantantis ecclesie et quod voces ille
influebant auribus eius et liquebatur
veritas in cor eius Oratio non
singularis offertur a singulari persona
siue sit per se siue per alios orata
et de huius orationis necessitate
non est quod sit vocalis ingerit tamen
vox ei multiplicem rationem Primus ad
excitandum interiorem devocionem
vnde in ea tantum est vocibus
et huiusmodi signis vtendum quantum
prodest ad excitandum intus mentem
Si non mens per hoc distrahatur
vel qualitercumque impediatur est a ta-
libus cessandum quod precipue convenit
hiis quorum mens sine huiusmodi signis suf-
ficienter ad devocionem parata Secundo
modo ad debitum reddit vt homo
deo serviat secundum totum quod a deo
habet i. non tantum mente sed
etiam corpore quod precipue con-
venit orationi velut secundum quod est satisfac-
toria Tercio adiungitur ei vigo ex quadam
redundantia ab anima ad cor-
pus et ex vehementi affectione
secundum illud ps. letatum est cor meum
et exultavit lingua mea Et hec tres
[illegible] cum aliis tribus hiis operibus

continet Collige quod dubitatus quare
voluit oras Vt corpor cedat menti
devocionis crescat Vt cor innitet
et proximus edificetur Lingua laude
opifex demo quod fugere Si obiciatur
illud Christi c. vi Tu autem cum ora-
veris intra in cubiculum et clauso ostio sicut
dicit ibi Crisostomus dominus non prohibet
orare manifeste sed prohibet hoc
fieri ea intencione vt ab aliis
videatur Vnde orans nichil novum
facere debet quod aspiciant homines vel cla-
mando vel pectus percuciendo vel
manus expandendo Tercio oratio
debet esse continua Pro sic quamquam
cum de oratione possimus loqui dupliciter
vnomodo secundum causam suam que scilicet
est desiderium caritatis ex quo procedere
debet oratio quod in nobis debet
esse continuum vel actu vel virtute
remanet enim virtus huius desiderii
in omnibus que ex caritate facimus
in gloriam dei Omnia autem que
agimus debemus in gloriam dei facere
vt dicitur prima Cor. x. Et secundum hoc
oratio debet esse continua Vnde
Augustinus ad probam In ipsa fide spe
et caritate continuato desiderio
semper oramus Alio modo secundum se
et sic non potest esse assidua quia
oportet aliis operibus occupari sed
decens est vt tantum duret quantum
est vtile ad excitandum interioris
desiderii fervorem Cum non ista
mensuram excedit ita quod sine te-
dio durare non possit non est
oracio vlterius protendenda vt
ecce vult Augustinus ad probam Hoc ex

b

ti

concors intencio / aliter non esset moralis

omnis sanctorum qui morabantur
in egipto / dicitur inquid fratres
in egipto habere orationes crebras
tamen brevissimas et quodammodo
iaculatas / ne illa vigilanter erec-
ta que oranti perplurimum est necessaria
per productiones morae evanesceret
atque hebetetur intencio / Ac per hoc etiam ipsi
satis ostendunt istam intencionem
sicut non esse protendenda si du-
rare non potest / ita si duraverit non
esse rumpenda / Et sicut hic est
attendendum in oratione singulari
propter comparacionem ad ipsius devocionem et
nota racione illius quod dicit dominus
Luce xviii° oportet semper orare / quod
aliquis continue orat vel ipse con-
tinuitate desiderii ut dictum est / vel
quia non intermittit quin oret temporibus
statutis / vel ipse effectum sine mora
te qui post orationem remanet magis
devotus / sine etiam malis ut
cum aliquis suis beneficiis alium
provocat ut ipse oret / etiam quando
ipse ab orando cessat / Sed obicitur
contra hoc quod dicitur quod debet esse
aliquando diuturna / quia xpus Luce
vi° pernoctans aut noluit multum
loqui. Ad hoc sicut dicit Augustinus
ad probam / absit ab oratione multa
locucio sed non desit multa precacio si
fervens perseveret intencio / nam multum
loqui in orando est necessariam rem super-
fluis verbis agere / plurimum hoc negocium
plus gemitibus quam sermonibus
agitur // Utrum de sui necessitate oracionis
sit quod sit attenta. Ad hoc quod sit atten-
cio cum precipue sit locum in oratione
vocali / actus quidem exterior non est

ad intencionem orantis ita in oracione tota per comparacionem

moralis nisi per comparacionem ad ac-
tum interiorem unde ullum habet
effectum nobis oracio si eam non precedit
vel concomittetur / Circa quod sciendum
quod necessarium aliquid dicitur dupliciter uno
per quod melius pervenitur ad finem
et sic attencio necessaria absolute est oracioni
alio modo sine quo res non potest
consequi suum effectum. Est autem triplex
effectus orationis unus quem omnibus
actibus informatis caritate habet
et ad hoc non est necessaria attencio
per totam oracionem sed vis attencionis
prime qua aliquis attendit ad
orandum / reddit oracionem meritoriam
sicut in aliis actibus meritoriis acci-
dit / Alius est ei proprius scilicet impetrare
et ad hoc etiam sufficit prima in-
tencio quam deus principaliter atten-
dit. Si autem prima intencio desit
oracio neque meritoria est neque impe-
tratiua / Illam enim oracionem deus non audit
cui orans non attendit ut dicit
Gregorius / Unde si assit intencio
debita et actualis in principio
orationis vocalis / est meritoria et im-
petrativa virtute prime intencionis
nisi postea interrumpatur per contrariam
intencionem / sicut cum aliquis in-
cepit erogare elemosinam sicut
totus actus sequens est meri-
torius virtute prime intencionis
~~nisi postea interrumpatur~~ licet ce-
teris intencio actualis // Tercius est
quem principaliter efficit scilicet quedam
spiritualis refeccio mentis et ad
hoc attencio necessaria est in oracione prima Cor. xiiii°
Si orem lingua tantum / mens
mea sine fructu est / Ex quo attencio

...ume adhiberi pt orom vocali
...ma, vbis nec qb in eis cnct / scda
...gri vbor / 3ª sunt orones sez
...co et vere pequia orat que est
...axima necia quam et possunt
...te ydiote Et quia intentum
...ndat h intencio qua mens st
...deum ut etiam oium aliorum ob
...uiscat Unde dt hugo de sto vic
...ne Et quotienscumque istorum trium aest
...tencio non est in efficax ad
...atisfaciendum oro / nec est re
...putanda in attenta Quando si qs
...orone vagetur mente Primo quod
...ppoito euagari mente in orone
...est pctm et impendit oronis fruc
...u / et contra hc Aug dt in regula
...um orat in psalmis Et pro hoc
...petur in corde quod pfertur ore /
...uagaco non ppter ppositum oro
...is fructum non tollit bn Basi
...us Si debilitatis aspectu fixe
...nequimus orare et inquantumcumque ptes
...bibeas et deus ignoscit / quia
...o ex neglige[ntia] sed ex fragilitate
...o ptenit opet assiste coram
...s Si non opponatur illud Gen
...de sancto vic / si quando orom
...fundimus aliud quod lz in corde
...pimus et si illud bonum sit aiul
...a liberi non sumus Secundum quod hc
...intelli quando aliquis ex pposito
...mentem ad alia distrahit in
...rando / tunc eius sine culpa
...no est / et precipue si in aliis
...sponte se occupat que men
...tem distrahunt ut sunt ociosa
...pa / et si ad contrariu mens

euagetur culpa mortalis erit Si
aut sine hc quod pcipiamus mens
ad alia vagetur / vel caret culpa non
est tanta culpa / nisi precedens cogi
tacio ex qua conuenit talis euagacio
dicatur est esse in culpa h tho in
iiij° // Tertia attencio vocat orom
scda attencio ut deum z melior
z qua prima / et tercia quam scda /
Unde hugo de sto vic de virtute
orandi / pura oro z quando ex habun
dancia devocionis mens ita atten
ditur / ut cum se ad deum postu
latura conuertat / pamore eius magnitudine
etiam peticionis sue obliuiscatur
h hugo Et quia ara non pt esse
vehementer attenta ad diuisa Tertio pta
attencio nocet pt ut sit maior oro
nis fructus / si scdam attentionem eua
cuat / vel 2ª si 3ª omnis tollat /
sed non eque Sz attencio qualiter
accipiendo non obest / sed multum
prodest ut etiam ex pmissis patet
Unde hugo in dcto li pt dt orom
sancta meditatio est necessaria ut
oro omnis pfecta esse nequeat
si eam meditatio aut non comi
tetur aut non precedebat / Attencio
igitur prima sz que est ad ipsa va
sufficit quod sit tanta quanta suf
ficit ad integram ~~satisfactionem~~ vel
pnunciationem vbor / alt oronis
si sit nimia erit impeditiua /
Unde quia homo expitur quod
cum vult nimis in ptm cogitare
de vbis si bi nimis dicunt vba
dicenda / et impediret etiam
intencionem 2am et tercia Sequitur

A. 7. 7.

vnde deq̄ito sz quid in orone
sit p̄tendendum Et cca h' que'in
plura sz vtrum in orone sit aliq
decimate p̄tendens Pro q sit
vnde xp̄us d'r vi docuit decia
te pete ea que continent in
domica orone possimus autem
decimate pete illa bona q̄bz
non gvenit male vti et q̄ ma
lum euentum h̄re no p̄nt hec
aut sunt quibus bti͡ficam et
quibus btitudinem inēm que
quid orando sancti abte petunt
2m illud vnde faciem tuam et
salui erimus Et item dedit me
in sempitum manda Alia aute
puta honores diuicie et hmoi
peti possunt sub condicione sz
si deus scit esse vtilia Et ideo
est in dubiis qua ut dr Ro viii
Quid oremus sicut oportet nescim
h' aut' decimate pete valz ad
tria primo vt orantis intencio ad
aliquid determinet que est i oro
ne plurimum ncīa 2o vt nobis
innotescat nrm desiderium q̄m
in ipso p̄ficimus Tercio vt sic nos
concupiscimus sicut dicit phūs 2o
ethi' de delectacionibus corpalibz
vnde Aug' li'o de orando deum
ad p̄bam Ideo p̄ta mētalia
tempmeciam vbis determat ora
mus deum vt illis r̄bz signis
nos ipos amoneamus quo adp̄m
et q̄ntum in ipso desiderio p
ficimus nobis innotescamus quo
adq̄dam et ad h' augendum nos
ipos acrius excitemus quo ad
tcium Circa orando homo debeat
adeo pete t'palia Pro sic vnde

p̄u xxxiiii tantu victu tribu
meo ncīa Et Aug' ad p̄bam
sufficiam uite no indecent n
cupiscit si eam vult et no ampli
Quia quid no appetit p̄t ipam
sed p̄t salutem corpis et c
gruentem hitum p̄sone hom
ut no sit incensus eis cū quibz
viuendum est ergo ita cū hitu
cium tenent cum no hnt orā
est Sicut ecciam dicit ibidem
licet orare quodlz desiderare
t'palia aut licet desiderare
quid p̄uci' vt in eis sine
sistamus sed sicut quedam
cla quibus innam attendent
in btitudine in q̄ntum sz vi
corpalis p̄ea sustentant et
q̄ntum organice deseruiunt
actus virtutum vt dr phūs
ethi' Circa in orone dnica
veniunt septem petnt P
ta orom dnicam primo est
siderada eius excellencia
est exponenda q̄ntum ad s
sciend Quod hec oro z alijs
orombus edicione dignior
qua est edita ab ore xp̄i
Expssione cocior qua in ea
verbum p̄mum ponit sed o
qua ut patet in vbis Corpe
dispor vt ccius adiscet
cius retinet Frequencius d
et illius ex curaretur Sy sim
p̄fundior qua hic continet
materia om petendorum Aug
ad p̄bam decurrendo deum
omnia p̄cacoum sanctorum v
dispuitas q̄ntum estimo
contineat q no ista oraci

[left margin, beside "concupiscimus"] petamus q bona q̄nto p̄ficacius inspicit tanto sincerius

[margin, beside "hec aut sunt"] ut ha beant

continuat et concludit [in] sufficiencia
studiosior quia cum immediate a deo
est edita Ideo ad impetrandum effi
cacissima Ipse enim modum efficaciam
impetrandi noverat que inchoat ora
ne conclusit Continuam ad secundum sci
quod in ipsa oracione dominica primo premittit
exordium in quo captatur benivo
lencia i. pater noster 2o additur narracio
in qua exprimitur indigencia scilicet ibi san
ctificetur Tercio ponitur conclusio in qua
erigitur confidencia ibi Amen Dicit
ergo quantum ad primum pater noster in quo
credimus pater quem amamus qui es
in celis in quo speramus vel potest dici
quod ibi excitatur in nobis postula
[ndi] fiducia que precipue excitatur
in nobis considerando eius ad nos ca
ritatem qua vult bonum Ideo dicitur
pater noster 2o eius excellenciam qua
potest ipsum Ideo dominus qui es in celis
Sequitur Sanctificetur ubi exprimi
tur indigencia nec instituit Christus
hanc oracionem ut in orando solum his
verbis uti debeamus Sed quia ad
illa sola impetranda tendere debet
intencio nostre oracionis qualitercumque ea
proferamus vel cogitemus Petimus autem
adepcionem boni et hoc vel glorie et hoc
tangitur ibi fiat voluntas tua vel
gracie substanciam et hoc ibi panem
nostrum aut amocionem mali et hoc vel
culpe quod fit ibi dimitte nobis vel pugne
quod ibi et ne nos vel pene quod ibi
sed libera aut confirmacio in bono
et separacio a malo quod ibi sanctificetur
nomen tuum dicit ergo nomen tuum
i. honor et noticia nominis tui
aut oracio nostra petenti ad eum petitur

Sanctificetur i. confirmetur in nobis
scilicet in intellectu per fidei integritatem et in
affectu per dilectionis caritatem et in
effectu per operis sinceritatem vel nomen
tuum quo scilicet dicimur christiani scilicet per Christi
imitacionem et adhesionem Adve
niat regnum tuum i. ecclesia militans
per iusticiam veniat ad te per gloriam
vel regnum tuum tue glorie veniat ad
nos per affeccionem visionis aptas fiat
voluntas tua per nostros preceptorum
et consiliorum adimplecionem Sicut
in celo et in terra i. sicut fit in cor
poribus celestibus ita fiat in ter
renis vel sicut fit in ecclesia trium
phante ita fiat in ecclesia militante
Panem nostrum cottidianum glossa Lu
i. quo cottidie indigemus vel 2m exponitur
supersubstancialem Hoc autem intelligi potest
et de pane sacramentali cuius cotti
dianus usus proficit homini in quo
eciam intelliguntur omnia sacramenta
Et de pane corporali ut per panem
intelligatur omnis sufficiencia vic
tus ut dicit magister ad probam Sacramentum
eukaristia est precipuum sacramentum
et panis est precipuus victus Unde
et quod dicitur supersubstancialem exponit Ieronimus
i. precipuum vel potest dici panis super
substancialis i. et panis corporalis quia
substancie corporis superadditur et panis
sacramentalis quia omnem substanciam
corporalem et spiritualem dignitate
sanctitate et potestate supergreditur
Da quod tu dare qui potes nobis
scilicet indigentibus hodie i. tempore
quia semper indigemus et dimi
tte nobis debita nostra i. peccata quibus
obligamur ad penam vel ipsam ad

quam obligantur per culpa dicitur in quo s. iniuria et offensa relaxando vindictam non expetendo Sicut et nos dimittimus iniuria relaxando debitoribus nostris vindictam non expetendo de eis Augustinus In hac petitione metitur totius orationis illius est fructus Ideo non quod ille qui odium habet ad aliquem aut dicit illam orationem impponat cetlie et ea dicit propter non ut suam sed ut cetlie aut dicit eam imponat sua et tunc exponitur sic Sicut et nos dimittimus i. sicut et nos dimittere debemus et tunc vz sic orandi et si non de condigno ad gloriam de congruo tamen ad impetrandum gratiam Et ne nos in ducas i. induci permittas in temptacionem i. in delectationem et consummationem peccati temptari enim est in cogitatione con-senti in delectatione sed in duci in con-sensu temptari est bonum Sed con-senti et induci in malum ideo primum non petit amoveri sed secundum et tunc Sed libera nos a malo i. culpe et pene amen i. fiat Sequitur videre de uno secundum pro quibus debet orari et circa hoc queritur plura secundum orandum est pro aliis Primo sic Jacobi v° Orate pro invicem ut salvemini Illud enim orando debemus desiderare desiderare aut debemus bona non tantum nobis sed etiam aliis hoc enim pertinet ad rationem dilectionis quam impendere debemus proximis Et ideo caritas requirit ut oremus pro aliis Unde Crisostomus super Matheum pro se orare necessitas cogit pro aliis autem caritas fraternitatis hortatur dulcior autem est ante deum oratio non quam necessitas transmittit

Ar. 69

sed quam caritas fraternitatis commendat hec Crisostomus Orandum est igitur pro aliis et pro peccatoribus ut convertantur et pro iustis ut perseverent et proficiant orantes tamen pro peccatoribus pro predestinatis tantum exaudiuntur sed et corrigunt qui a corrigimus fines eorum hoc tamen in predestinatis non in reprobatis secundum illud Eccl. vii Nemo potest corrigere quem deus despexit Pro iustis autem est orandum tamen quia preces multorum facilius exaudiuntur Unde super illud Rom. xv Adiuvetis me in orationibus vestris ad deum dicit glossa Multorum preces impossibile est quod non impetrent illud quod est impetrabile tamen ut non superbiant maiores dum sic considerant se minorum indigere suffragiis tamen et ut pro multos gratias agatur de beneficiis que confert iustis que etiam vergunt in utilitatem in multorum multorum ut patet ii Cor. v° Cuius primus est orandum Primo quod sic orare enim est caritatis ut deum sic super Unde quomodo quo debemus diligere tenemur pro inimicis orare unde necessitatis sed ut aliquibus orationibus nostris quas pro aliis facimus inimicos non excludamus quod autem specialiter oremus est perfectionis non necessitatis nisi aliquo casu specialiter sicut et de dilectione inimicorum dictum est in secundo libro Et ratione eius quod dicitur Apoc. vi Usque non vindicas sanguinem de hiis qui habitant in terra quod sicut dicit Augustinus de sermone domini in monte Vindicta martirum est ut evertatur regnum peccati quo regnante

tanta impressa sunt vel ut dicatur in
libris de quibus veteris et noui
testamenti postulant se vindicari
non voce sed rone sicut sanguis
abel de terra clamauit / letabitur
aut iustus cum viderit
vindictam non propter eam sed propter
dei iusticiam Secundo eciam quod
sicut licet impugnare inimicos
ut expectantur cepcius quod in
bonum eorum cedit et aliorum Sic
eciam licet orando petere aliqua
temporalia mala inimicorum ut corrigantur
et sic oro et operacio non erunt
contraria Utrum sit orandum pro
hiis qui peccant in spiritum sanctum / videtur
enim quod non / dicit enim beatus Johannes
est peccatum ad mortem pro eo non di-
co ut quis oret Dico peccatum ad mor-
tem dicitur contrarium similiter ad mortem
corporis Inhac autem sunt tria scilicet
amissio vite Corrupcio disposicio-
nis corporis ad recepcionem anime
et impossibilitas reuniendi contra cursum
nature / ~~quo ad primum omne peccatum~~
~~inquo est auersio a deo dicitur~~
~~esse mortale sive admorte / quo~~
~~ad secundum cursum nature~~ quo
ad primum omne peccatum inquo est
auersio a deo dicitur esse mortale
sive ad mortem / quo ad secundum
peccatum in spiritum sanctum dicitur esse
ad mortem / quia tollit dispo-
sicionem ad recepcionem vite que
consistit in penitencia / Quo ad tercium
dicitur illud peccatum esse admor-
tem in quo quis corporaliter moritur /
Intendit ergo beatus Johannes

quod pro eo qui moritur in peccato mortali inconteus
non est orandum contrarium quia quis in
peccato ad mortem decedens et 2o
non prohibet orare sed ondit quod
moriens quia dignatur esse orandum
pro proximo non contendit. vel dicit quod
respectu eorum de quibus sperare possumus
quod nostris oracionibus concedantur
contra bonum in · libro / dicitur · xliii in littera / Sed (in margin: sed.)
vide de septimo scilicet de utilitate et — (in right margin: ·di·9 a.9)
efficacia sive virtute oracionis Et circa
hoc queruntur plura / scilicet utrum sit con-
gruum et utile deum orare Dico quod
sic / primo est utilissimum primo ut nos
disposicioni diuine conformemus / certius
enim non quod quod oracionibus nostris
deus de nobis indigencijs vel de
desiderijs instruatur / vel eius dispo-
sicio in aliquo immutetur quod fuit
error quorumdam antiquorum / sed ut
impetremus illud quod deus ab eterno
disposuit sanctorum precibus esse fiendum
scilicet ut nos postulando mereamur
accipere quod deus disposuit ab
eterno nobis donare ut Gregorius
dicit libro 2o dyalogorum Secunda ut dicit
Augustinus in libro de predestinacione
sanctorum / Forte sic predestinati
sunt aliqui ut nostris oracionibus
concedantur hoc Augustinus sub
diuina enim prouidencia non tantum
cadit quod effectus fiat sed eciam
ex quibus causis et ex quo ordine
proueniat Secundo utile est nobis
deum orare ut fiduciam recur-
rendi ad deum accipiamus / et eum
bonorum nostrorum auctorem recogno-
scamus Unde Crisostomus Considera

cuncta tibi felicitas est concessa
ordinibus cum deo fabulari, colloqui
cum christo miscere vel optare quicquid
desideras postulare. Tertio ut ora-
tionis effectum qui est multiplex assequi
morbos enim corporis et anime sanat.
Jacobi ultimo: oratio fidei alleviabit
infirmum. Item eos ieiunio sanantur pes-
tes corporis oratione pestes mentis.
In bello corporali et spirituali triumphat.
Exodi xvii°. Cum moyses le-
vabit manus vincebat israel. De
2° ysidorus frequens oratio viciorum
impugnacionem extinguit. Vitam pro-
longat ysaie xxxviii° Audivi oraci-
onem et vidi lacrimas tuas ecce
ego addiciam super dies tuos xv
annos. Ab opprobrio et morte liberat
ut patuit thobie iii° et susanna
dan. xiii°. Intellectum illuminat augustinus.
Oracione melius solvuntur dubia quam
inquisicione alia. Celum reserat
luce iii° Jhesu baptisato et oran-
te apertum est ei celum. Deum mi-
tigat unde thobie iii° dicit
glosa quod oracio deum lenit, lacrimas
cogit et hec sufficiant ad primus.
Dicitur oratio sit satisfactoria. Pro-
satisfactio respicit culpam preteritam
per eius offensa compensacionem facit
et culpam futuram in quantum est
medicina preservans et hec duo con-
veniunt oracioni. Inicium enim omnis
peccati est superbia, peccati offense
recompensacionem facit et aditum
culpe future tollit radicem am-
putans ei et ita habet oratio plene
racionem satisfaccionis. Tercium sit triplex
oratio scilicet mentalis vocalis et me-

dia, que illarum est satisfactoria. Pro
ad eius evidenciam sciendum quod oratio
pure mentalis est quando labia non
moventur, sed cor ad deum loquitur.
Pure vocalis est quando homo nichil
cogitat de hiis que dicit nec in
generali nec in speciali ita quod referat in-
tencionem verborum vel fine, sed cum ora-
tio fabricat, et sic mentalis sibi
vocalem precedit. Media est quando
homo orat mentaliter et vocaliter et tamen
aut verba illa impediunt affectum quia
sic est inflammatus quod totum mens
fertur in deum et tali melior
est mentalis, aut inmutat et tunc
utilior est oratio media sive mixta.
Et huiusmodi sunt multe oraciones ma-
xime in illis qui non sunt spirituales,
ad quorum affectus promovendos sunt
institute oraciones vocales. Si ergo
queratur que oratio sit satisfactoria
videtur vero quod omnis quia nulla
est in qua non laborent virtutes
animales, et quantum spiritus delec-
tantur, sepe caro tabescit, et vir-
tutes alie nunquam circa regimen corporis
sunt intente. Unde Gregorius super
Ezech. Dum crescit intentio, fortitudo
amoris intimi infirmatur
fortitudine carnis. Unde nervum
femoris Jacob post luctam angeli
marcuisse dicitur. Tamen inter
ceteras illa est satisfactoria magis
in qua homo ad deum attencius,
quia deus in illa maxime delectatur.
Unde quia illud est genere spirituale
non imponitur a presbitero, sed penitentibus
licet ad illud sit oratio vocalis et
quia non est status in vocibus sed
ordinantur ad intellectum huius est

quod dominus tamen dicit Augustinus video orantes non multiloquio mittit ab oratione vocali ad mentalem et cetera. Gregorius dicens veraciter orare est amaros in compunctione gemitus non verba composita resonare. Dicit igitur secundum summam dictorum scilicet quod omnis oratio ex caritate facta si vere fiat est penalis et potest esse satisfactoria quia numquam est ita delectabilis quin sit aliquomodo penalis sed antecedenter vel que vel concomitanter. Illa tamen super omnes est precipue satisfactoria que magis est gemebunda et in qua est maior clamor cordis ad deum pro peccatis venia. Tamen autem in aliquibus vocalis. Utrum oratio sit meritoria et est impetrativa. Respondeo quod sit. Unde super illud psalmus Oratio mea in sinum meum convertetur dicit glossa et si eis non profuit ego tamen non sum frustratus mercede mea. Meritis autem non debetur nisi in iustis. Oratio ei ut dicit Thomas secundum respectum futuri effectus duplicem habet virtutem merendi habet inquantum scilicet procedit ex caritate et qua inquantum procedit mediate religione cuius est actus ut dicit Thomas secundum ad religionem cum pertinet offerre orationem ad caritatem non pertinet desiderium rei cuius complementum petit oratio. Fides autem necessaria est ex parte dei scilicet ut credatur ab eo posse obtinere quod petitur. Humilitas non necessaria secundum ex parte petentis qui suam indigentiam recognoscit. Est etiam devotio necessaria sed tamen ad religionem pertinet cuius secundum primo

[margin:] a merita et [illegible]

[margin:] secundum merendi et impetrandi et [illegible] ad augmentum

actus interius ad omnes sequentes ut dicit Thomas secundum libro 4o. Est autem impetrativa oratio ex gratia dei que etiam nos adorandum inducit Augustinus. Unde debebis dominus non nos hortaretur ut peteremus nisi dare vellet. Notandum autem quod quandoque peccator ad aliud respicit meritum orationis quam illud quod petitur ordinatur. Cum meritum precipue ad beatitudinem sed petitio orationis directe se extendit quandoque ad alia. Si ergo illud ad quod petit aliquis pro se non sit ad beatitudinem ei utile non meretur illud sed quandoque hoc petendo et desiderando meritum perdit ut si petit a deo complementum alicuius peccati quod est non pie orare. Quandoque vero non est necessarium ad salutem nec manifeste saluti contrarium et tunc licet orans possit orando mereri vitam non tamen meretur illud obtinere quod petit. Unde Augustinus libro sententiarum Prosperi fideliter supplicantes deo de necessitatibus huius vite et misericorditer auditur et misericorditer non auditur. Quod enim infirmo sit utile magis novit medicus quam egrotus. De ammotione stimuli carnis. Si non illud quod petitur sit utile ad beatitudinem hominis quasi pertinens ad eius salutem meretur illud non orando sed etiam alia bona opera faciendo. Et ideo indubitanter accipit quod petit. Sed quandoque oportet accipere quandam cum non negatur sed ut congruo tempore detur differtur ut dicit Augustinus super Johannem. Quod tamen impediri potest si non perseveraverit in

[margin:] et ideo paulus non est exauditus

petendo/ quia non homo non potest
alii mereri vitam eternam ex condigno
ut in 2o libro dictum est. Ideo per-
sonis nec ea que pertinent ad vitam
eternam potest aliquando aliquis ex con-
digno alteri mereri et ideo non semper
auditur orans pro alio ut supra
dictum. Et ideo ponuntur quatuor con-
diciones quibus concurrentibus
semper impetratur quod petitur scilicet
ut pro se petat/ necessaria ad salutem/
pie/ et perseveranter/ non tamen ille
quatuor condiciones requiruntur
ad efficaciam impetrandi quasi ut
impetretur si aliqua deficit condicio quia
etiam quandoque aliquis orans pro
alio auditur. Sed quia hiis po-
sitis ergo semper habet efficaciam impetran-
di hec in 4o etiam quod omnes
condiciones que requiruntur ex parte
orantis in quantum est orans inclu-
duntur nihilominus quod dicit pie/ puta quod
oret fideliter. Jacobi 1o postulet in fi-
de confidenter nichil hesitans/ hu-
militer. psalmus Respexit in oracionem humilium
perseveranter. Unde Augustinus ad probam
dignior sequitur effectus. Nota
quod oratio in quantum ad efficaciam inni-
ditur innititur principaliter caritati. Secundum
non ad efficaciam impetrandi principaliter
fidei/ quia per fidem habet homo noticiam
omnipotencie et misericordie divine ex quibus subiectorum
impetrat oratio quod petit. Hec Thomas in secunda
Tercio utrum peccatores impetrant aliquid
orando a deo. Respondeo quod sic. Unde Crisostomus
super Matheum. Omnis qui petit accipit
id est sive iustus sive peccator. Et Augustinus
dicit super Johannem. Si peccatores deus non
exaudiret frustra publicanus
sic dixisset deus propicius esto
michi peccatori. In peccatore tamen duo
sunt consideranda scilicet naturam quam
deus diligit et culpa quam odit.
Si ergo peccator orando aliquid
petat in quantum peccator id est secundum
desiderium peccati deo non exau-
ditur ex misericordia. Sed quandoque auditur
ad vindictam quia ad vindictam deus
permittit peccatorem adhuc amplius ruere
in peccata. Deus enim quedam negat pro-
picius que concedit iratus ut Augustinus
dicit. Oracionem non peccatoris ex bono na-
ture desiderio procedente deus audit
non quasi ex iusticia quia peccator
non meretur sed ex pura misericordia/ obser-
vatis tamen quatuor predictis con-
dicionibus. Secundum quod sicut dicit Augustinus
illud verbum sunt ceci adhuc nati
id est non dum perfecte illuminati et ideo
non est ratum/ licet possit verificari
si intelligatur de peccatore in quantum est
peccator/ secundum quem modum dicitur
proverbia xxviiio. Qui declinat aurem
suam ne audiat legem oratio eius
erit execrabilis. Sequitur vide-
de viiio scilicet de continuitate orationis dicitur
circa hoc queruntur plura scilicet utrum
oracio sit actus cadens sub precep-
to. Respondeo quod sic. Unde Matthei viio pe-
tite et dabitur vobis. Et Luce
xviiio oportet semper orare et non
deficere. Oportet autem ut dicit Crisostomus
dicit necessitatis/ non est autem hoc in-
telligendum quod homo teneatur
ad orandum pro semper. Est enim pre-
ceptum affirmativum quod et si semper
obliget non tamen pro semper/ cadit
autem oratio sub precepto et determinate
et in determinate quantum ad aliquas

i(tem) sm fuentor perdit affectus

ordines ex precepto tenentur illi qui ex
officio suo sunt medii inter deum et
plebem constituti / ut sunt ministri ecclesie
unde ex officio suo incumbit eis preces
ad deum in persona totius ecclesie fundere
et ideo dicere tenentur horas canonicas
ab ecclesia statutas. Undecimo utrum non ad
idem tenentur quilibet. Dicendum quod tenentur
ad bona spiritualia sibi procuranda
que non nisi divinitus dantur. Unde
aliter procurari non possunt nisi ab eo
petantur. Dicendum etiam quod quilibet
tenetur proximum sicut se ipsum diligere
tenetur ei in necessitatibus beneficus esse
non tantum per corporales elemosinas
sed etiam per spirituales quarum una
est oratio ut dictum est supra / sed et
omnibus etiam qui ministri non sunt
sunt ecclesie videtur ab ecclesia deputa-
tum tempus orandi statutum esse [illegible] cum
tamen canones teneantur diebus
festis divinis officiis interesse ut
ministris orantibus pro populo suam inten-
tionem coniungerent secundum Tho. Sequitur
videre de nono scilicet de laude divina
Et circa hoc queruntur plura scilicet utrum deus
sit ore laudandus. Respondeo quod sic per
quod enim excitatur in deum et effectus
laudantis Ps. Sacrificium laudis
honorificabit me etc. Et affectus
audientis Ps. Semper laus eius
in ore meo / et post subditur /
audiant mansueti et letentur.
Considerandum autem quod de deo pos-
sumus loqui uno modo quo ad
eius essentiam / et sic cum sit in-
comprehensibilis et ineffabilis
maior est omni laude. Unde et

philosophus dicit 4° Ethicorum quod optimorum
non est laus / sed maius aliquid
et melius / debetur autem ei secundum
illam operationem reverentia et latrie
honor. Alio modo secundum effectus
eius qui ordinantur in nostram uti-
litatem et sic deo laus debetur
Ysa. lxiii. miserationum domini recor-
dabor laudem domini super omnibus que
reddidit dominus nobis. Utrum cantus
sint assumendi in laude divina. Respondeo
quod sic scilicet ut infirmorum animi magis
provocentur ad devotionem. Unde dicit
Augustinus in decimo confessionum adducor
cantandi consuetudinem approbare
in ecclesia / ut per aurium oblectamenta
infirmior animus in affectum pietatis
assurgat / non autem propter ostentationem
et delectationem procuranda. Unde
Augustinus in x° confessionum / Cum michi
accidit ut amplius cantus quam
res que canitur moveat penaliter
me peccare confiteor / et tunc
mallem non audire cantantem / est
tamen nobilior modus provocandi
homines ad devotionem per doctrinam
et predicationem quam per cantum
Ideo diaconi et prelati quibus
convenit per doctrinam et predicationem
in deum animos hominum provocare non
debent cantibus insistere / ne per hoc
a maioribus retrahantur. Unde
dicit Gregorius et habetur in decretis dist.
lxxxxii. In sancta romana ecclesia
secundum Tho. / Illam tamen prohibitionem
dicunt aliqui tantum in ecclesia
romana locum habere propter quod
ibi dicitur in sede hac / alii tamen
de cardinalibus intelligunt

bu non dicit et hoc dixit generaliter ec
clesiasticis prohibitum cum inductum sit
ad legendum eum propter hoc quod dicit
ut missas / et causa huius consti
tutionis fuit honestas ut habetur
in glo. ibidem non autem apparet ecclesia
ad dei laudem usum ita instrumenta
nisi forte organa quia magis
movent animum ad delectationem quam
formetur per ea intus dispositio bona
in veteri tamen testamento eis utebantur /
tunc quia iste populus magis erat
durus et carnalis unde erat
per huiusmodi provocandus sicut et per promis
siones terrenas / tum etiam quia per
huiusmodi instrumenta aliquid significa
batur Sequitur videre de decimo
scilicet de devotione Et circa hoc que
runtur plura scilicet utrum devotio sit actus
spiritualis Videtur quod sic dicitur enim a de
vovendo Unde devoti dicuntur qui
se deo quodammodo devovent ut ei
se totaliter subdant / et sic devotio
nichil aliud videtur esse quam
voluntas quedam prompte trade
ndi se ad ea que pertinent ad dei
famulatum / manifestum autem est quod
voluntas prompte faciendi quod
pertinet ad servicium dei est quidam
actus spiritualis voluntatis ergo etc.
Et predictis bene concordat descriptio
devotionis que ponitur a quibusdam
scilicet quod devotio est fervor bone vo
luntatis quem mens cohibere non
valens certis manifestat indiciis
Utrum devotio sit actus religio
nis Videtur quod sic ad eandem enim virtutem
pertinet velle aliquid facere et per
prompta voluntate habere ad idem faciendum /
quia utriusque actus est idem obiectum
operari autem ea que pertinent ad di
vinum cultum sive famulatum ipse pertinet
ad religionem ut ex predictis in libro
patet / unde etiam ad eam pertinet
habere promptam voluntatem ad huius
exequenda quod est devotio
Et nota quod devotio que habetur
ad sanctos terminatur in deum in quan
tum in eis deum veneramur / devo
tio non quam subditi habent dicitur
ad dominos temporales est alterius spe
ciei et famulatus eorum distinguitur
a famulatu divino Sed obicitur
quod devotio ut dictum est ad hoc pertinet
quod aliquis deo se tradat hoc autem
fit manifeste per caritatem / unde
dicit dyonisius 4o de divinis no
minibus quod amor divinus extasim
facit / non sinens amatores sui
ipsorum esse sed eorum quos amant
ergo devotio est potius actus
caritatis quam religionis Ad hoc
ad caritatem pertinet in mente quod
homo se tradat deo inherendo
ei per quandam spiritus unionem Sed
quod homo se tradat ad aliquod
divinum cultum in mente pertinet ad
religionem in mente aut ad caritatem
que est principium religionis
Adhuc non quod pinguedo corporis
generatur per calorem naturalem et ipsum
naturalem calorem conservat
quasi eius in nutrimentum Sic et
caritas causat devotionem in quantum
ex amore redditur quis promptus
ad serviendum amato / et per devotionem
caritas nutritur sicut et quelibet
amicicia conservatur et augetur
per amicabilem vel amicabilium
operum exercitium et meditationem

Ar. 4 10

opa

[T]ercius contemplacio siue meditacio
est causa devocionis. Primo quod sit sic
causa intrinseca propter meditacionis
patet: est enim quod devocio est quidam
actus voluntatis ad hoc quod homo
se diuino tradat obsequio. Omnis
autem actus voluntatis procedit ex
aliqua consideracione eo quod
bonum intellectum est obiectum voluntatis
unde Augustinus dicit li° de trini-
tate [illegible]. Quod voluntas oritur
ex intelligencia, et ideo meditacio
est causa devocionis inquantum
scilicet per meditacionem homo concipit
quod se tradat diuino obsequio. Ad
quod quidem inducit consideracio
duplex: una propter diuine voluntatis
et beneficiorum eius. Psalmus: Michi (et gracia caritatis dilectorum que)
autem deo adherere bonum est, proxima
causa devocionis. Alia est propter
hominis considerantis suos defectus
ex quibus indiget ut deo innitatur
iuxta illud Psalmus: Levavi oculos meos
in montes unde veniet auxilium
michi, et hec excludit presumpcionem
per quam quis impeditur ne deo
se subdat dum sue virtuti inni-
titur. Causa autem extrinseca principalis
est deus de quo dicit Ambrosius
super Lucam: Quod deus quos
dignatur vocat et quem vult
religiosum facit. [T]ercio leticia sit
effectus devocionis. Patet quod sic
unde in quadam collecta dicitur
quos ieiunia votiua castigant
ipsa quoque devocio sancta letifi-
cet. [I]pso consideracione enim diuine
bonitatis ex qua principaliter procedit

devocio per se quidem sequitur dilatacio
secundum illud Psalmus: Memor fui dei et de-
lectatus sum. Per accidens non tristicia in hijs qui
non dum plene deo fruuntur secundum illud
Psalmus: Sitiuit anima mea etc. Postea
sequitur: Fuerunt michi lacrime mee etc.
[C]onsideracio non proprii defectus ex
qua causatur devocio secundaria
ut dictum est per se quidem nata est
causare tristiciam, per accidens non leticiam
scilicet propter spem diuine subvencionis
et sic patet quod ad devocionem primo
et per se sequitur delectacio, secundario autem
et per accidens tristicia que est secundum deum.

Sequitur videre de ieiunio. Titulus xxviii

[P]ostea considerandum de ieiunio
et primo de eius quidditate
secundo de eius utilitate, [t]ercio de eius obli-
gacione, [q]uarto de eius tempore, [q]uinto
de hijs que [illegible] ieiunium solue-
[C]irca primum queruntur plura, scilicet
quid sit ieiunium. Primo: ieiunium ut
dictum est parsimonia victus
abstinenciaque ciborum. Ad ieiunii
evidenciam sciendum quod ieiunium dicitur
dupliciter, scilicet ieiunium nature et ieiunium
ecclesie. [P]rimo modo dicitur quis ieiunans
antequam cibum sumit. [S]ecundo autem
dicitur ieiunans quasi ordinatam
abstinenciam propter peccatorum satisfaccionem
abstinenciam, sicut in satisfac-
cione autem peccatorum non tantum oportet
quod homo abstineat ab illis quibus
alias uti salua virtute licet ut dicit
abstinenciam etc. [S]ecundo ieiunium
sit actus virtutis. Patet quod sic: Nam
[I]eronimus dicit: [Q]uod ieiunium est
perfecta virtus et ceterarum virtutum
fundamentum, ex hoc enim actus
aliquis est virtuosus quod per racionem

Ad 1m p.

(que virtute corrumpit ut dicatur parsimonia victus sed et abstineat ab illis)

ordinat ad aliquod bonum hones-
tum hoc autem convenit ieiunio. Unde
Augustinus in quodam sermone de
ieiunio et oratione ieiunium mentem
purgat / sensum sublevat carnem
spiritui subicit / cor contritum et humi-
liatum facit concupiscentie nebulas dis-
pergit / libidinum etiam ardorem
extinguit / castitatis lumen accen-
dit. Et item ibidem ieiunium verbosi-
tatem non amat / divicias superflu-
itatem reputat / superbiam spernit / hu-
militatem commendat / prestat homini
seipsum intelligere esse infirmum et
fragilem / Et ad hoc tamen quod ieiunium
sit actus virtuosus cum ieiunan-
tibus ab omnibus dissolutionibus ab-
stinere debemus. Quid enim prodest
ieiunare visceribus et luxuriare
mentibus / abstinere cibis et errare
re peccatis dis. lxxxvi Quid prodest /
Cuius virtutis et actus est ieiunium
Respondeo abstinencie cum attendatur
in cibis in quibus medium adverte ab
abstinencia / dictat enim racio recta
secundum quam medium sumitur virtutis
ut dicitur in 2o ethicorum / quod homo mi-
nus sumat de cibis quam sibi competeret
secundum statum quem propter aliqua
mala vitanda et bona prosequen-
da / non tamen dictat ita ratio cum
de cibis subtrahere ut non possit na-
tura conservari vel etiam homo opera de-
bita operari / Dicit enim Jeronimus quod
non refert utrum magno vel parvo tempo-
re interimas / et de rapina holo-
caustum offert qui vel ciborum nimia
egestate vel manducandi vel som-
ni penuria corpus affligit Et
item venalis homo dignitatem perdit

qui ieiunium caritati vel vigiliam
sensuum integritati preponit Quere
vide dec. 2o secundum de utilitate ieiunii
etiam hoc quesierunt plura secundum ad quid
ieiunium sit utile ad quod patet in
ex supradictis in illa questione utrum ieiunium
sit actus nec oportet ad hoc addere gra-
vitatis. Utrum ieiunium sit satisfac-
torium Respondeo quod sic extra xviii hoc genus
demoniorum non eicitur nisi in oratione et
ieiunio / inquantum est satisfactorium
quia et per libidinem peccati subtractionem
delectationis recompensat / afflictionem
etiam addens et futura peccata ne
dicit concupiam debilitas. Utrum et
ieiunium quod sub precepto cadit est
satisfactorium Respondeo preceptum legis
nature non est nisi de eo quod est
necessarium ad salutem et ideo quod sub
huiusmodi precepto cadit non est satisfac-
torium sed per exigitur ad satisfaciendum
et simile est de elemosina que
cadit sub precepto / Sed preceptum
ecclesie addit ordinari sicut ad quid
satisfactio ordinatur et ideo ieiunium
quod sub precepto cadit ecclesie potest
esse satisfactorium secundum eos. Contra
ieiunium sit satisfactorium Respondeo cor-
ne duo sunt secundum vicium quod debet
domari / et natura que debet
sustentari / ieiunium ergo quod
naturam servat et vicium domat
est deo acceptum et satisfactorium
aliud non. Attendendum secundum Bernardum
Quod si esset ieiunium tale quod no-
n induceret mortem sine mortis ac-
celeracionem / hoc autem aut contentio
et est peccatum mortale unde Jeronimus
non refert utrum parvo vel magno

initimas ut dcm est sup/ aut ptet-
itencoem et tunc aut dando opaz
ei licite et sic no est pctm q no
dando opem rei licite vel vtilit
sed supuacue vel male et est pctm
aliqui tamen dicunt q abstinen
cia no attelcat morte sed sedm
rom ipam attelcat bne pma q
ib. Sequit^r vide dcto sz obli
gatone hoim ad ieiun^m Et circa
c querit^r plura sz vtrs ieiun^m
it in precepto R^o ut ptet q sup
dictis ieiun^m valet ad vitandu
mala et psequendum bona vnq
inisqz aut corpali rone tenet^r
aliquis ieiun^is vti q^tum sibi est
ctm ad pdicta Et ideo ieiun^m
in gni cadit sub precepto legis nate
Sed determinao tpis et modi ieiu
nandi sedm qvemencia et vtili
tatem ppli xani cadit sub precepto
iuris positiui quod est institutum
plati eccle/ ad quos ptinet
statuere ppe que ptinent ad
comunem vtilitatem fidelium in spualibus
bonis/ et hoc est bonum ieiun^m eccle
decon. dis. v. xl^a et c. sequenti
Sed obicit^r qui cumqz transgredit^r
preceptum morli pctat si ergo ieiun^m
institutum ab eccla cadat sub prec
pto tunc si aliquis vn^m diem xl^e
ieiunu frangeret mortlr pctaret
mod dum dicit vide^r R^o precep
ta iuris positiui magis obligant
contentione latoris legis quia
qui deuiat in aliquo ab ordinac
legis intencoiu aut latoris legis
qui obuiat qui contemptu vel

(margin note:) tpis dns. et io transgressor tlis precepti magis reputandus qui obuiat intencoi latoris legis

inic aliqua causa ronabili ordina
coem no fuat Si aute in aliquo
casu ordinacoem no fuat in quo
pbabilr pt credi q si legislator
adesset eum obligari no vellet
talis transgressor precepti reputadus
no esset Et io no est ncem qd
quicumqz diem ab eccla institutum
ieiunare omittit morlr pctat/ pt
eo hoc oino fine pcto contingere
aliquado aut fine morli et hoc
2^m diuisas rones vel occasiones
quibus homo inducit^r ad ieiun^m
frangendu H tho in 4° Utrum
omnes teneant^r ad ieiun^a eccle
R^o ieiun^m acceptum no 2^m q e
actus virtutis sed pcise rone eius
quod sup addit statuti eccle no
est deuiare nature nec deuiare duos
sed deuiare iuri positiuo tlis au
tem prohibent^r vel pcipiunt^r talia
que als bne vel male fieri posset
sicut aut sup dcm est statuta quia
ponunt^r 2^m q multm^m eueniit Et
ideo legislator in eis statuendis
attendit illud quod in pluribus
accidit Si quid aut corporali causa
in aliquo inveniat^r q obseruancie
statuti repugnet no intendit
talem ad statuti obseruanciam
obligare/ vnde contra decoß obseruancie
ic^a eu co plus/ legi no subiaceat
necitas et ar. decon. dis. v. xl^a
In hoc tamen est discretio adhibe
da 2^m tho. Nam si sit euidens
causa precipue licite pt homo
statuti obseruancia preterire pres
tim consuetudine in eue vel si no possit
de facili ad superiorem recursus
haberi/ si causa no sit dubia

(margin note:) sed deciali d est sed morli

debet ad superiorem recurri qui
potestatem habet in talibus dispensan-
di Et hoc est obseruandum in ieiunijs
ab ecclesia institutis adque omnes
communiter obligantur nisi in eis fuit
impedimentum aliquod speciale / dicit
autem hostiensis super capitulo consilium / quod in dispe-
satione super ieiunio non sufficit licentia
simplicis presbiteri etiam ex iusta
causa nisi summa necessitas immineat
ita quod ad episcopum siue prelato non possit
recursus haberi et ut supra dictum causa
sufficiens ad dispensandum est infirmi-
tas / uel debilitas / ciborum caristia
siue penuria / uel paupertas / peregrinatio
labor / et protractio mense nimia /
ut in seruientibus mensis nobilium
et huiusmodi Sed obicitur quia xpistus
dicit luce v° / non possunt filij
sponsi ieiunare quamdiu cum
ipsis est sponsus Est autem cum
omnibus iustis spiritualiter in eis habi-
tans unde dominus cum ultimo Ecce
ego vobiscum sum usque ad consumma
tionem seculi / ergo iusti non obligantur
ad ieiunandum Ad illud potest exponi
dupliciter uno modo secundum crisostomum qui dicit
quod discipuli qui dicuntur filij sponsi
adhuc erant in vetustatibus dispositi
unde comparantur vestimento veteri
Et ideo in presentia corporali xpisti magis
erant souendi in quadam dulcedine
quam constringendi in ieiunij austeritate
Et secundum hoc magis conuenit ut dispensetur
in ieiunijs quam cum antiquioribus
et perfectis ut patet in glosa super illud
psalmi Sicut ablactatus super matre
sua Secundo dici potest secundum Jeronimum
quod loquitur ibi de ratione veteris ob-
seruantie unde super hoc duo significantur

ad imperfectis et nouicijs

quod apostoli non erant in veteribus ob-
seruancijs detinendi quos oportet
nouitate perfundi // Tercio secundum Augustinum
cum distinguit duplex ieiunium quod
unum pertinet ad humilitatem tribulationis
et hoc non conuenit viris perfectis qui
dicuntur filij sponsi / unde ubi habetur
dicit Non possunt filij sponsi ieiunare
exponit xpistus dicit non possunt filij sponsi lugere
Aliud autem est quod pertinet ad gau-
dium mentis in spiritualia suspense
tale ieiunium conuenit viris perfectis
Contra quod pueri teneantur ad ieiunium
quod non probo quia non est in eis praui
incentiuis necessaria compressio uiciorum
ad quam est ieiunium institutum
quia indigent multo cibo propter necessi-
tatem augmenti quod fit de resi-
duo alimenti // Tercio propter naturalem
debilitatem ex qua prouenit quod
indigent frequenti cibo et non multo
simul assumpto quia calor naturalis
illud conuertere non posset Et ideo
sunt in augmento quod secundum philosophos
est ut in pluribus usque ad finem tercij
septenij non tenentur ad ieiunia ecclesie
conueniens tamen est ut etiam in hoc tempo-
re ad ieiunandum se exerceant plus uel
minus secundum modum etatis sue Quamuis tamen
magna tribulatione imminente
in signum penitencie artioris etiam pueris
ieiunia indicuntur Joel ii dicitur Sanc-
tificate ieiunium Et postea sequitur
Congregate paruulos et sugentes
ubera Sicut etiam de iumentis
legitur Jone iii° homines et iumenta
non gustent quidquam nec bibant
aquam Quid de nouicijs et in-
nemibus regularibus seu monachis

ays
l religiosis R^o 2^m Rodo super
oldo ieiunio. vel non soluendo tenet^r
magis districtionem aut dispensationem
nors platorum acquiescere quam ipso
adito ¶ Utrum paupes teneantur ad
ieiunia ecclesie R^o quod non tamen simul tamen
et non puit hora comestionis quod
victum totius diei sufficiat quo -
c vel eciam quod precedenti ine -
ia debilitati ieiunium quod de
non puit suffire ¶ Utrum pegrinantes
t viatores teneantur ad ieiunia
ecclesie R^o si sit talis pegrinacio
l viacio que differi possit differ
l quia tempus ieiunii precucupat
omnem in via vel quia dies festi
licui imminet ad quem ex devotione
omo pergere cupit vel quia in mora
utilem habet^r patria vel spirituale vel
orpale sic 2^m Rum superiori dispo
tionem soluere ieiunium ubi ita est con -
vetum quia ex hoc ipso quod plati
ssimulant animo vni- h theolice
imus intelligitur de illis qui ad eos in
riguntur itineris labore quod simul
um ieiunio non possunt itinerare
t obstat quod preceptum consilio
ebet preponi quia in tenero dat
m non est preceptum excludere
lias pias et magis utilias tam -
as ¶ Contra est de preceptis legis
atur que prohibent hoc quod
dum sit et semper est malum ¶ Item
e curforibus R^o quod cursores
orum usus est utilis si non
possunt currere simul et ieiunare
excusantur si ieiunium soluant 2^m
ho morantur cum duobus pluribus in

A commodo dz differri si sit ad ea non possit ieiunare
aut pegrinacio vel viacio non possit

aliquo loco vel eciam modicum qui
vadunt ieiunare debent nisi for -
san immineat eis viacio grandis quam
vel perfice possunt eciam paucis diebus
aliquam iter arripiant ieiunium
soluant h Rodo ¶ Utrum manualiter
operantes teneantur ad ieiunia ecclesie
R^o si ieiunando possunt victum
operantur sibi propria persona et fami -
lia cum cibum tribuit curam sive quia
aliqui sunt divites sive quia de
minori labore ieiunium sentiunt opa -
rientes possunt lucrari sufficientiam non
excusantur a ieiuniis ¶ Si aut alios
non possunt tantum laborare quod
victum sufficientem acquirant nisi
ieiunium frangendo possunt 2^m
dispensacionem sui presbiteri ieiunium
soluere et laborare ¶ Et ex quo
patet quod in tenero maiores
luce non utentur non excusat eos
aperto nisi ieiunium frangant
vel etiam illi sunt immunes aperto
qui nolunt operarios conducere
nisi tali pacto quod ieiunium soluant
nisi forte sit utilitas causa cum -
que festinatiam operibus pro quo labo - ex posstat
rant ¶ Item de illis qui sunt sine
in mensis nobilium divitis ex tra -
hendis R^o si ex causa utilia per -
venit aliquantulum hora come -
dendi ex toto comedendo vel mo -
dicum prelibando ne deficiant
in serviendo et hoc faciant tam
pluribus mensis vel pars ante ita
quod propter continuacionem temporis
debeat reputari pro una mensa
totum non credo quod peccent
sicut non peccant servientes mediorum

ppinquos qui surgunt de mensa
dominorum suorum ut pro vino vadant
vel exenia deferant et reuerten
tes ad mensam iterum comedunt
Ex nd Item Rod. De regularibus qui lege
dent ad mensam refectorij R[espon]deo id
est dicendum quod de famulantibus no
bilium est dictum dum tamen
hoc faciant licenciati prius eciam
sine licencia speciali hoc facere Re
gulares forte qui hoc habent
a regula a sede apostolica confirmata
quod si non habent a regula non est tunc
eciam faciendum de licencia nisi sit
causa racionabilis Item Rod. Utrum
egrotantes compellantur ieiunijs
ecclesie R[espon]deo quod sic quia cum in eis natura
est debilis Ideo si daretur cibus una
vice simul totum quod est contra sustente
tacionem nature gravaretur natura
et si pluribus vicibus datur con
fortatur et vigoratur Et id eciam
in illis infirmitatibus in quibus ab
stinencia confert ieiunium non te
nentur pregnanta autem infirmitate
vel debilitate solum possit ieiunium
ab infirmis et debilibus Pro quo 2m
Rod. est limitandum arbitrio boni
viri quia secundum aliquam alia doct
nam generalem Utrum senes compellentur
ieiunijs ecclesie R[espon]deo quod sic quia
in eis calor et virtus est debilis
et licet sint satis sinceritate oppo
ta humiditatis naturalis superhabundat tamen
in eis humiditas accidentalis ex indige
stione causata Unde si totus
cibus quem corpus nature requirit
pro die naturali sumeretur simul ab eis nimium
obrueretur in eis et gravaretur
calor naturalis et non posset cibum

digerere conueniencius Item Rich. Dic
eciam Innocentius super ti. de obser.
ieiunij Quod idem dicendum in senibus
quam infirmis et debilibus Utrum
uxores viris prohibentibus domini
debeant indicta ieiunia abe…
R[espon]deo 2m Innocentium ut supra quod
non Dimittere tamen debent ieiunia
voluntaria xxxiij q. ult. mani
festum et tamen forte est in ieiunijs
in dictis posset presbiter propter vim sci
dalum dispensare ar. l. dis. …
constituere Item Host. in glo. Utrum
mulieres pregnantes compellantur ad
ieiunia ecclesie R[espon]deo quod sic primo quod
debent accipere cibum non tantum pro se
sed eciam pro nutrimento fetus
quia pregnantes solent haber
varia et inordinata desideria
ciborum diversorum et quandoque ita
intensa quod nisi aliquando
posset satisfacere appetitui suo
periclitaretur fetus posset esse
Unde 2m Rod. pregnantes et
nutrices si timeatur probabiliter de
cuius casu si ieiunaverint vel de
fetu in utero vel de puero ne
ad ubera non tantum sunt sed eciam
tenentur ieiunium solvere Sequitur
unde de ieiunio secundum de temporibus ieiunij
Et circa hoc queruntur plura
utrum debeant esse instituta
aliqua tempora ad ieiunia dedicata
R[espon]deo quod sic dupliciter Primo ex parte
temporis quia unum tempus est aptius
ad ieiunium quam aliud tempus
2a ex parte effectus ieiunij Ieiunium
enim adiuvat ordinatur ad deletionem
culpe et ad elevationem mentis
supra Et ideo illis temporibus

pulsi fuerunt ieiunia in dicenda in
quibus oportebat homines aperto pur-
gari et mente fidelium in deum per
devotionem elevari et hoc precipue in-
minet ante paschale sollempnitatem
et ante alias precipuas sollempni-
tates ad quas devote suscipien-
das oportet nos per ieiunium preparari
in quo eciam demonstratur quod convenit
tendum quod per festa temporalia significantur
tribulaciones huius vite quas sancti
passi sunt sequitur ¶ Sed contra
predicta videtur quadragesima statim
inchoari deberet post epiphaniam
quando baptismus cristi celebratur
quia Cristus ut in ewangelio legitur statim
post baptismum in deserto ieiunium
inchoavit Respondeo quod Cristus non ieiu-
navit quasi ipse ieiunio indigeret
sed ad suscipiendum eius graciam nos
exemplo sui ieiunium preparet Et
ideo post baptismum suum in quo ple-
nitudo gracie eius fuit declarata
testimonio patris et spiritus sancti
Et eciam Johannes dicebat quod ieiu-
ni nobis proponere Nobis autem
convenit ieiunium ut preparemur
ad recipiendum graciam eius et sa-
cramenta gracie eius precipue propo-
nuntur circa festum pasce Ideo im-
mediate ante ipsum festum com-
pletur ieiunium xlme Et eciam
ma tempus veris quod incipit
circa principium xl^e^ est aptum
[illegible] et eciam quia significatur
quod ad gloriam eternam pervenimus
tribulaciones vite presentis sicut
tempus per passionem tunc ¶ Sed quare

predictum ieiunium est institutum in
numero xl dierum Respondeo primo ut per hoc
nos Christo conformemur qui eodem numero
ieiunavit Secundo quia inhoc instituimus
quandam per hoc eum quasi tocius anni
decimam solvimus Annus enim continet
dies ccclxv dies quorum pars decima
est xxxvi Ita tamen quod quinque dies
remanent indecimati quia de-
cima eorum non est integra dies
quare non dies addunt ad complendum
numerum xlii et aptefactum ad sequens
ieiunium Ergo omnibus diebus predicti xl
sunt ieiunandi In diebus non dominicis
non sed ieiunandum dicendi v. xl^e^
ubi dicitur xl^ma^ summa observatione
est observanda ut ieiunium inca-
pit dies dominicos nisi quem infir-
mitas impedierit illatenus salva — d[a] ieiunia
Item ibidem eo ieiunia a sacerdotibus
constituta sine necessitate racionabili
non solvantur Ex quibus patet quod
ieiunium xlme ut videtur est sub
precepto Et huius sunt videntur
esse doctores iuris divini et cano-
nici ut patet in eorum scriptis Unde
dicit hostiensis quod quilibet tenetur in xl^a^
ieiunare nisi causa racionabili ex-
cusaretur Item non licet solvere
ieiunium die iovis sancto de con-
secratione dis. iii non liceat et c. non oportet
dicit tamen hostiensis quod si quis
timet in sero ob devocionem tenere
diu pergitur admodicum sed unam
hostiam vel aliquid simile su-
meret ieiunium non frangeret ar-
dis xl quinquagesima ¶ Sed unde a xl
ieiunium est inchoandum videtur
quod sit dies iiii statim et duobus

c seq. Contrarium videtur de conse-
dis in sacerdotibus Hostiensis dicunt quidam
quod premissa sunt abrogata alii quod
de consiliis intelligitur. Sed nota Hostiensis
de presbiteris locutus ar. in q. i. nullus
primus viii q. i. qualis et c. nec
sufficere Innocentius statuit ecclesia quod
inequaliter quarta anni scilicet vere esta-
te autumpno et yeme tribus die-
bus ieiunetur scilicet die mercurii die ve-
neris et die sabbati ita quod tempe-
modus ieiunium veris sit in prima eb-
domada quadragesime, ieiunium
estatis in ebdomada penthecostes,
ieiunium autumpni in tercia ebdomada
septembris, ieiunium yemis autem in quarta
ebdomada decembris. dis. lxxvi c. i
et c. statuimus. Et hec ieiunia insti-
tuta sunt ad expiacionem peccatorum sin-
gularum quartarum ad solucionem quar-
pruniciarum Unde versus Vult crux lucia cinis
carismata dia Ut det pia vota
quarta sequens feria Sed obici-
tur hic quod dictum est quod ieiunium estatis
fit in ebdomada penthecostes quia tempo-
ribus leticie non convenit ieiunare
propter quod non ieiunatur in vigiliis apostolorum
philippi et Jacobi quia est in tempore
paschali, sed infra octavas penthecostes, durat
adhuc gaudium paschalis festivi-
tatis quod responsio Hostiensis ut dicit leo papa
et habetur dis. lxxvi igitur hec forma
est ut si quis forte inter ipsa festi-
vitatis gaudia negligens libertate
et leticia inmoderata aliqua
presumpserit abstinencie censura
castigetur Est tamen ieiunium exulta-
cionis quod illis qui spiritum sanctum
acceperint, tamen cum gaudio spiritua-
li se compatitur afflictionis corporalis

unde in illis ieiuniis non fit genu-
flexio et alia cantantur quod non fit
in aliis ieiuniis secundum Thomas in iiiio.
et ieiunandum in vigiliis omnium apostolorum
non obstante consuetudine contraria
sed philippi et Jacobi quorum
sollempnitas est infra sollempnitatem
paschalem et sancti Johannis evange-
liste festum infra natale domini
celebratur et sancti barnabe quod
de observancia ieiunii consilium vult Hostiensis
Ber et quilibet omnes doctores dicunt
quod verbis illi sunt insufficientes
non continent sufficienter apostolos in quorum
vigiliis est ieiunandum scilicet petrus
et andreas paulus cum symone iu-
das ut ieiunemus nos amonet
atque matheus Hostiensis tamen sus-
tinet ipsos verbis dicens quod in
vigiliis apostolorum quorum nomina sunt
ibi cogi possunt homines ieiunare
tamen quilibet teneatur In aliis
standum est consuetudini ar
extra de eleccione innotuit principiorum et de cum
corpore quod e. consilium quod iste dicit
unum sacerdotibus secundum Innocentium preterea
contrarium quia ieiunia a bullis
indicta non sunt nisi necessitate insi-
te solvenda de con. dis. quia ieiu-
secundum Hostiensis Ieiunandum est in vigilia
nativitatis domini penthecostes assump-
cionis beate virginis nativitatis beati
Johannis baptiste Sancti laurencii et festi
omnium sanctorum et si sollempnitatem
in tua vigilia ieiunari sed sit in
secunda feria ieiunium consilium quod sanctorum
Item consuetudo approbata obligat
ut habetur dis. prima consuetudo
et dis. xi ecclesiasticarum et c. illa

sed in sabbato de observancia ieiunii

deo si in aliqua regione vel diocesi
est aliquod ieiunium consuetum quod
ante non est preceptum prius scriptum
ecclesie abrogantibus ibidem est tenendum
et obseruandum Item in diebus diebus
rogationum ante ascensionem domini
debet ieiunari de conse. dis. iii
rogationes Et ut glo. dicit ibidem
non precipitur sed suadetur ubi tamen
est consuetudo approbata illud
ieiunium est pequiualentia sub
precepto Thomas et summe et hostiensis
in decreto etiam inuenitur quod
ieiunandum est feria iiii quia dominus
ea die fuit traditus quia iudas
illa die de proditione domini cogitauit
et vi quia ea die fuit passus
et sabbato quia includitur inter
tristiciam dominice passionis et leti-
ciam resurrectionis de conse. dis. iii Sab-
bato et c. ieiunia Idemque tamen
sabbato debet a carnibus abstinere
propter preceptum religionis Rome
consideratur esse nisi festum vel
infirmitas impediat de con. dis.
v quia dicitur huiusmodi tamen con-
suetudo regionis est seruanda
ut patet extra de c. consilium s. Item
Thomas et hostiensis unde in sabbato
abstinendum est a carnibus necessario
ubi est talis consuetudo aliter
non nisi de congruo Unde glo.
dicit ibidem quod consilium est nisi ubi est
consuetudo quod a carnibus ab-
stineant tunc est preceptum Et
quod dicimus iste ferie ..udeo
non est necessitas ut dicit Innocentius
et hostiensis alias non licet abstinere

pluribus illud soluere Quod de aduentu
domini Thomas dicit hostiensis Quod etiam
hoc est consideranda consuetudo
regionis secundum illud Si fueris rome
romano viuito more Si fueris alibi
viuito sicut ibi Unde quia in ad-
uentu domini ieiunatur Rome extra de c.
consilium Thomas s. in fine ieiunandum
est ibidem deficiente non consuetudine
consideranda est in dubio episcopus licet
honestum sit quod ieiunet clericus
et maxime presbiter Item ieiunium sit aliquo
tempore interdictum Thomas ieiunium quidem
est de se illo tempore est prohibitum imo
laudabile secundum quod dicit Ieronimus ad Lu-
cillum utinam in quidem omni tempore ieiu-
nare posses Unde dicit Isidorus Sancti
patres in dicto tempore paschali ie-
iunabant Item quod in die dominica
resurrectionis eo quod tota ecclesia leticie
festum agit Unde non est decens
quod aliquis illo die operibus
afflictionis intendat quia tempus
est omnibus rebus que sub toto non
qui ut dicit Augustinus libro confessionum Grego-
rius in dyalogo refert quendam
presbiterum diuinitus missum Benedicto
dixisse dies est resurrectionis non licet
tibi hodie abstinere Et quia in
singulis diebus dominicis memo-
ria resurrectionis agitur Ideo in eis
contra communem consuetudinem ecclesie
non ieiunatur de conse. dis. iii Ne-
quis et c. ieiunia in fine Unde
si quis in dominica ieiunandum esse
dixit studiose non creditur katho-
licus esse xxx q. velut sacerdo-
tes Et si propria hora a sacerdote
accepta sine necessitate alia fecit
sicut manicheus anathema sit xx

in c. ultis dis. Quinta feria quinta qua dominus ad celos ascendit prohibetur quibusdam ieiunare ut de cons. dis. in ieiunium sed hec de consuetudine non servatur ymmo indistincte illa die ieiunatur. Item inter pascha et pentecosten non est ieiunium ex c. concilium lxxvi dis. § non autem et est ratio quia totum illud tempus est tempus leticie in quo agitur de ascensione et resurrectione. Illo etiam tempore sponsa gaudebat de sponso presentia et ideo non fuit sibi tunc aliqua asperitas inducenda. Excipiuntur tamen tres dies rogationum ut dictum est et de consuetudine pentecostes vigilia. Si quis tamen predicto tempore ob devotionem et carnis macerationem voluit ieiunare non improbatur ut hostiensis paulus et alii heremite ieiunabant toto tempore illo nisi die dominico lxxvi dis. l § nescio vel nosse et quod ieiunium contineat de se quod omni tempore licitum pacietur tamen posset esse ieiunium alicuius in die festo illicitum puta si adeo ieiunium placitum teneret quod non crederet pro devotionem festi utilitatem compensari posse ut tho. in iiii°. Sed obicitur quod secundum augustinum de consensu evangelistarum sicut est ieiunium afflictionibus ita est ieiunium exultationis maxime convenit in tempore paschali et in diebus dominicis in quibus memoria resurrectionis agitur ergo in eis deberent esse aliqua ieiunia instituta. Respondeo ieiunium exultationis ex instinctu spiritus sancti procedit qui est spiritus libertatis et ideo tale ieiunium

sub precepto cadere non debet ieiunia non precepta instituta sunt ieiunia afflictionis que non competunt in diebus leticie et pro quibus nec in diebus illis de quibus obicitur. Sequitur de quibus scilicet de hiis que ieiunium habet solvere et circa hoc quia plura scilicet hora vel cibus antecipatione hora ieiunium solvat. Ratio scilicet hora ieiunium ordinatur ad culpe deletionem et cohibitionem unde aliquid addere super communem consuetudinem ita tamen quod propter hoc non multum gravetur natura est autem debita et communis consuetudo comedendi hominibus circa horam [illegible] tamen quia iam videtur completa degestio nocturno naturali calore intus revocato propter frigus noctis circumstantis et propter sompnum in quo naturales virtutes intenduntur tamen etiam quia iam videtur esse completa hora prandii diffuso calore naturali usque ad extremas corporis partes excitato cooperante calore diei usque ad summum prope ascensum qui completur circa horam sextam tamen etiam quia tunc primitus natura corporis humani indiget iuvari contra exteriorem calorem aeris ne humores intus adurantur. Et ideo ut ieiunans aliquam afflictionem sentiat pro sua satisfactione convenienter hora competens taxatur ieiunantibus circa nonam. Unde de cons. dis. i. solent. concilium calcedonense dicit in quadragesima nullatenus ieiun[andum]

f. ieiunium exultationis

concedendi sunt qui autem concedunt
una vespertinum officium celebretur
quod tempore xlme post nonam dicitur
conuenit etiam secundum horam mysterio pas-
sionis christi que completa fuit hora
nona quando capite inclinato tradi-
dit spiritum Ieiunantes enim dum tamen
carnem affligunt passioni christi con-
formantur. 2^m illud Gal v^o. Qui
christi sunt carnem suam crucifixerunt
cum vicijs et concupiscencijs // Pro-
modo c. solent et c. dis. ¶ in
ieiunijs maioris temporis nec vespertinas
horas vel subvespertinas hora comp-
rehendendum est totum tempus ab hora
none inclusiue et vltra/ non oportet
ante horam none comedatur/ non
potest hoc ieiunium frangitur. Vnde lig-
li qui comedunt statim post
horam sextam derogent in aliquo
festi ieiunij non tamen sunt trans-
gressores eius quod est vtilitatis
maxime quia iam invaluit con-
suetudo in multis locis comedendi
maxime statim post horam sextam
non enim tante vtilitatis est in obser-
uatione ieiunij hora predicta sicut
comedere tantum semel Hec Rich.
Sed obicitur quia in veteri testa-
mento ieiunabant vsque ad vesperam
dicitur enim leuitici xxiij sabbatum
est affligetis animas vestras et pos-
tea sequitur a vespera vsque ad ves-
peram celebrabitis sabbata vestra ergo etc. Respondeo
Status veteris testamenti comparatur
nocti Status novi testamenti
diei secundum illud Ro xiij^o
Nox precessit dies autem appropinquavit et
in veteri testamento ieiunabat
vsque ad noctem non tamen in novo
et horam post nonam accipe si enim per modicum
tus

testamento ¶ Vtrum requiratur ad ieiunium
quod homo tantum comedat semel Respondeo
Ieiunium ab ecclesia pro gracia refrena-
da institutum ita tamen quod natura
saluetur/ ad hoc autem vna comestio
sufficere videtur per quam homo et
nature satisfacit et aliquid concupiscentie
detrahit et ideo statutum est
moderacione ecclesie ut comedatur
a ieiunantibus tantum semel in die // Ex
quo de semilibus qui pregustant
cibos ante duos videlicet in nocte
quod non soluunt ieiunium ¶ Vtrum
potus ieiunium soluat Respondeo dicendum
est ieiunium vim nature quod requiritur
ad sumptionem cibalem et hec soluitur
per quemlibet potum etiam aque/ est
autem aliud ieiunium ecclesie quod
dicitur ieiunium ieiunantis et hoc
non soluitur nisi per ea que ecclesia
intendit interdicere instituendo
ieiunium/ non intendit autem interdi-
cere sumpcionem potus quia magis
sumitur ad alteracionem corporis et ad
digestionem sumptorum ciborum
quam ad nutricionem/ licet aliquid
nutriat/ et ideo licet ieiunantibus pluries
bibere siue ante cibum siue post
ut est dictum Thomam Si quis autem
potu vtatur immoderate peccare
potest et ieiunij meritum perdere Sicut
eciam si sumat immoderate cibum
in vna comestione secundum Thomam in summa,
de bono tamen et equo cauendum
est a potu magis in mane quam in
sero quia potus post prandium sump-
tus citi subuenit/ ad digestionem
iuvat/ inquantum per potum facilius
et conuenientius defertur cibus
ad singula membra Sumptus autem

Quia stomachum infrigidat appetitum auffert et ad congelacionem seu ingrossacionem disponit

ieiunio stomacho ut plurimum nocet
Ricardus. Utrum sumptio electua-
riorum ieiunium soluat. Respondeo electuaria
et si aliquociens nutriant non tamen
principaliter assumuntur ad nutrimentum
sed ad digestionem ciborum, unde non sol-
uunt ieiunium sicut nec sumptio
aliarum medicinarum, nisi forte quis
in fraudem electuaria sumeret in magna
quantitate comedendo cibi loco. Thomas
in summa et Ricardus. Utrum esus carnium
ouorum et casei soluat ieiunium. Respondeo
sicut supra dictum est ieiunium institutum
est ab ecclesia ad reprimendas con-
cupiscencias carnis et ideo cibos illos
ecclesia ieiunantibus interdicit, qui in come-
dendo maxime delectant et ad
venerea maxime prouocant. Tales autem
sunt carnes lacticinia et oua
ex animalibus, propterea quod humano corpori
maxime conformantur. Unde dis. c.
Denique par est ut qui hiis diebus
a carne animalium abstinemus ab omnibus
que sementina trahunt originem
carnis ieiunemus, a lacte scilicet caseo
et ouis. Quod tamen dicitur in decreto
capitulo Denique de caseo lacte et ouis
non tenentur obseruare nisi in ieiunio
quadragesime, nisi ubi est consuetudo ab-
stinendi hiis in quibus ieiunio extra. Thomas
Ricardus. Sed obicitur quia magis exci-
tat concupiscenciam vinum potus quam
carnium esus, et aliqui pisces ita de-
lectabiliter comeduntur sicut carnes, ergo
ecclesia non debuit magis interdicere
carnes quam vinum et pisces. Respondeo
magis prohibuit carnes quia vinum
tamen quia difficilius est a vino abstinere
quam a carnibus. Et ideo si vinum
prohibuisset transgressionis periculum
maius fuisset, tamen quia ieiunium

sepe tristicia excitat et vinum cor
hominis letificat secundum psalmum, magis ecclesia
prohibuit carnes quam pisces quia
esus carnium ut in pluribus magis de-
lectat quam esus piscium licet in
quibusdam aliter se habeat et legi
dantur secundum ea que ut in pluribus
accidunt. Quid si natiuitas domini
veniat in vi feria. Respondeo illi qui nec
voto nec abstinencia ~~sunt astricti~~
~~regulari ad carnium~~ abstinenciam
sunt astricti tali die secundum consue-
tudinem generalem carnibus possunt vesci
nec tamen hii reprehendendi sunt
qui ob deuocionem noluerint abstine-
re et ieiunare extra de obseruatione ieiuniorum expli-
cari. Ubi non quod excepto quod dicit nisi
nisi voto, patet secundum glossam quod illi
qui voluerint non comedere carnes
in sexta feria non debent tunc comedere
carnes quia que sunt condicionaliter
vouentur sine condicione soluantur
xxxiii q. ultima c. ultima quia qui
voto emisso non exceperunt generaliter
tenentur ar. extra de sponsalibus cum te
Quos intelligi amici [illegible]
denique quod qui a carnalibus abs-
tinet interdum sumptuosa cibaria [illegible]
marum appetat. Respondeo loquitur de bonis
et equis quia contrarium de consue-
tudine tollerasset nam quod nimium
emungit sanguinem elicit. Quid
de ouis et lacticiniis. Respondeo hec
interdicuntur ieiunantibus in quantum sunt
animalibus orta carnes habentibus. Unde
carnes principaliter interdicuntur quia
ipsa sunt etiam alia ieiunia ieiunium
quadragesime est precipuum, tamen quia
ad imitacionem Christi fiat devoti-
tamen quia ad celebrandum misteria

Otto et Jo. Andree in nouella dicunt quod non
tenentur fuit abstinere a carnibus nisi quod
expresse vouisset etiam si a die [illegible]
sed tamen non tempore sed [illegible] in corpore [illegible]

194

redempcionis inter populus prius
proponit et ideo in quolibet ieiunio
eiusmodi epus intedicit in ieiunio
aut plures intedicunt. universe eciam
ia et lactitinia de cons. dis. iii
opertet. ceterum quorum abstinencia
in alijs ieiunijs diverse consue-
tudines existunt aput diversos quas
quilibet servare debet secundum morem
eorum inter quos conversatur. Unde Ieronimus
de ieiunijs loquens unaquaeque provincia
abundet in suo sensu et precepta
maiorum leges apostolicas arbitretur
ut tho. in summa. Si tamen sit nimit
host. consor. ceterum modum abstine
et iniungeret illum penitens nulla
obstante contraria consuetudine
servare debet ut probatur lxxvi dis.
presbiter. Insuper nota quod secundum host.
quicumque concedit usibus onerosis et
sepius intelligitur concessum quod carnibus et sagimine
possunt uti ar. lxxxii dis. presbiter
sic uti cluniacenses sed cistercienses
quid alij religiosi contrarium
fiat. Cum itaque in voto sit episcopus
dispensare. Quero quod sit arc. de voto
in secunda parte et redempcione
utrum redempcio vel ieiunium
debeat magis placere deo et secundum
si dispenset vel non dispenset. Ar-
guitur et magne sit episcopus dis-
pensare in quadragesima. cum in feriis
ieiunis vitetur maius peccatum secundum
quod dicitur de cons. dis. v quadragesima et
tali tempore eucharistie. Unde qui in quadragesima
carnes comederet secundum quod scripturis media
cet primitudo non esset. Debet
tunc fieri oracio aput deum ne
imputetur ipsi quia bonarum mentium

est ibi culpam agnoscere ubi culpa non
est ut de con. capitulum consilium. Cum autem et
si velit dis. v. ad eius sed hostiensis
item 2m Innocentius c. ti ieiunia
in dicta abstinentia non possunt redimi
penitentes aliquo nisi causa vel ne-
cessitas in ieiunante subsit. Ieiunia
autem voluntaria redimi possunt
auctoritate superioris. eciam sine causa que
subsit in ieiunante dummodo alias
sit utile lxxxii dis. c. si. Et idem
est in ieiunijs que prima pars ar. de
decis. c. pro dis. lxxxii presbiter in fine
Convenit etiam host. predictus in glo

Sequitur. vide de restitucione titulus xxix

Postea considerandum de resti-
tucione et primo in communi
quantum ad dampna illata in diversis
generibus rerum. Secundo quantum ad acquisita
in ludo alearum. Circa primum primo
queritur quid sit restitucio et utrum
sit necessaria. Secundo que debent restitui
3o quantum debet restitui 4o quando
debet restitucio fieri. Circa primum
queruntur plura. Utrum restitucio
sit actus iusticie commutative. Respondeo
quod sit. Restituere enim est iterato aliquem
statuere in possessionem vel dominium
rei sue et ita attenditur ibi equa-
litas iusticie secundum recompensacionem
rei ad rem que pertinet ad iusticiam
commutativam. Utrum restitucio sit necessaria
ad salutem. Respondeo vel dicendum restitucio
est actus iusticie commutative. ad ob-
servandum autem iusticiam omnes tenentur.
quilibet ergo tenetur ad restitucionem
rei ablate iniuste. Unde Augustinus
in epistola ad macedonium et habetur
xiiii dis. vi ca. si res non remittitur peccatum

c. si
bilio

dicti primo

nisi restituat ablatum si restitui
sit. h Augustinus. Et si non potest
restitui debet restitutio fieri in
equalenti si sit possibile quod uelit
pen aliquid in noue [?] acte [?] Si
non equalens reddi non possit tunc
qui dampnum intulit restituere quod
potest ad arbitrium bonorum virorum

Articulus 2

Sequitur inde de 2o. Et circa hoc
quereretur plura scilicet utrum dampnificans
alium in bonis corporis teneatur ad
restitutionem. Alexander 2us [?] scilicet [?] iiii.
dis. xv dampnificans in corpore aliquem
aut infert ultimum dampnum scilicet
mortem aut aliquod dampnum
citra ultimum et hoc dupliciter uel ire-
mediabile ut in uulneratione uel a
lesione crudeli et curabili et si
mutilatione dupliciter uel quia est
enormis que ex toto impedit ali-
quem actum humanum qui competit
homini secundum istam partem amputatam
ut in amputatione manus dextre
tamen aufertur omnis actus humanus
natus operare secundum illam manum uel
non enormis id est non impediens actum
humanum ut est amputatio digiti
uel alicuius partis eius. De istis omnibus
dampnis uidendum est primo quid pos-
sit iuste statui 2o quid statutum
est. De primo dico quod si statuitur
lex talionis in omnibus istis dap-
nis iusta est quia non est facile
ut pro tali dampno illato fiat re-
compensatio equalis equipolent
De 2o quid statutum est dico quod
primo dampno et maximo scilicet morte ab-
lone regulariter in multis ciuitatibus
statuta est lex talionis ut homicida
moriatur et racionabiliter quia hoc non plus

x iremediabile ut in mutilatione [illegible]

pro alia bona fortune quia non

competit legi mosayce et romane
sed etiam approbatum est et confirmatum
in lege euangelica Apo. c. xiii omnis
qui gladio percusserit et perierit ubi lex
talionis de uita reddenda pro uita
statuta est et debet homo pati-
enter solue illam quod si non alicubi non
statuta illius debet eam sibi imponere
quia nullus debet esse homicida
sui nisi speciali mandato dei sed ex-
pedit ei ut exponat uitam suam
in causa iusta tenetur omnibus ceteris
de restitutione facienda illi cuius
uitam abstulit. Quod si nec tunc
restitutionem facere uelit non potest
omnino esse immunis a restitutione
sicut quidam statim absoluunt homi-
cidas non audientes eis restitutionem
nisi in iubente [illegible] facillime
possit homicida [illegible] quia [illegible]
cita dictum tamen quia si aliquis
occidisset bone uel tamen proximi
non absoluetur nisi restitutione. Tenetur
ergo ad restitutionem spiritualem facien-
dam equipolentem morti quam abstu-
lit ut possit esse equivalencia in tali-
bus. Nec hoc solum sed si interfectus sus-
tentabat aliquos puta patrem et
matrem uel proximos tenetur in-
terfector omnibus illis ad tantam res-
titutionem quantum eis abstulit per
fectionem illius persone. Et quia uix
posset aliquis digne recompen-
sationes illud quod abstulit ho-
micida expediret pro mortuis anime
talis persolueret passiones uolun-
tarias uel patienter susceptas si
occiderit pro homicidio et idem

occidendum

aliquem

stine pniti z ciuitata ubi statuit
lex talionis in causa homicidii pz
ū quarum deus detestatur homici
ū in dauid qui volens edificare
templum deo prohibitus est a deo
qua fuit effusor multi sanguinis
humani licet iuste occidisset ergo
iniustus occisor non acceptatur ad
cultum diuinum in iustis occisor ubi
phibit aut quod dicitur z de iniusto
occidente // De alia dampnificacione
in mutilacione enormi et non enor
mi quia in eccclia non est statuta
restitucio nisi pecuniaria et ista debz
respondere non solum dampno qd
incurrit per mutilacionem pro toto
tempore futuro quo vsus erat me
bro abscisso sed et expensis apo
tecarius in curacione et hec dicit tam bre
uita quam de iniuriis et dampno da
ri vult placacionem ipsius lesi que
requiretur etiam si non esset talis
mutilacio et consolacionem ipsius sic
afflicti quia propria desolacio est
sibi de tali mutilacione plus est
ponderanda est mutilacio pauperis
quam diuitis quia magis indige
bit parte abscissa ad victum acquiren
dum et ideo plus sumptus
ius parte illa adiunta pro tanda
et ex alia parte sit aliqua con
sideracio ponderans sublime dignitas
persone sed hec parum respectu
persone condicionis h enim secundum
ei non pensius mortuus vel mu
tilatus non fuit multo tamen lacrit
orias eius amissas et expensas

in medicos et medicinas restituet qui
percussit et dicitur ut supra Vtrum
dampnificans alium in bonis anime tenetur
ad restitucionem Dico quod sic multo magis
dampnificans quam in bonis corporis
vel in bonis exterioribus quia bona
anime sunt multo meliora illis Unde
in q. v. sunt plurimum militum dapna
morum distant a dampnis rerum
temporalium Nullus autem dampnificare
alium potest in bonis anime nisi dispositiue
scilicet eum inclinando verbo vel exemplo
ad peccandum Et ideo talis tenetur
ad restitucionem scilicet eum disponendo
pro ut potest ad bonum bono verbo et exemplo
pro eo orando vel oraciones pro eo im
petrando Vtrum dampnificans
alium in fama iniuste tenetur ad resti
tucionem Dico 2m Scotum triplicat
potest aliquis aliquem diffamare
Vnomodo falsum crimen imponendo
2do tamen verum occultum non seruato
ordine iuris scilicet in publico propone
do Tercio verum crimen sed occultum
sibi in publico impositum negan
do Crimina negans michi videtur impo
nentem de calumpnia in primo casu
dicit quod debet restituere famam
simpliciter retractando verum sum vel qd
sibi imposuit quia aliás non seruat
iusticiam in reddendo proximo
quod suum est Et si obicitur quod
magis teneatur zelare pro fama
sua quam pro aliena Iste autem
posset illi reddere famam retrac
tando verum suum nisi se ipsum diffa
maret Dico quod quilibet debet magis

diligere fama eius tamen potest iuste com-
petere quam illius tamen non potest nisi
iniuste. Ita est hic quia accusato
de falso crimine iuste competit fama sed
accusanti post talem accusacionem
non competit iuste sed iniuste / non
solum quia mentitus est in accusan-
do / sed quia publice mentitus est in quo
sufficienter et radicaliter diffamavit
se. Et ideo postea dicere audiens
innocentia alterius tamen tenetur nihil
et indicere audiens innocentia sua
non proprie diffamat se tunc / sed am-
movet falsam laudem qua ipse per
accusacionem mendacem est indignus
exemplum aliquis fornicatur testibus
videntibus / illi postea accusantes
eum non diffamant eum sed ipse-
met diffamavit se in facto isto pub-
lico / Item breviter committendo quodcumque
crimine publice incurrit lesionem
dignitatis et sic amittit famam quantum
in se est nec publico illa pena no-
tificatur illa lesio aufert sibi fa-
mam sed solum facit devenire ma-
gis in publicum quod tamen contraria
actus commissi publicacio prius pupplic publicum
Et si queras aliquis non imponit
publice tale crimen alii sed innuat
vel in discrete loquitur vel alicubi
coram multis narrat tamen non tanquam
sibi certum sed sic se audivisse / utrum
tenetur restituere Respondeo rara fides ideo
est quia multi multa loquuntur Et id-
circo dicens solum se audivisse nisi quod
non dicendi audeat aliqua maiore
certitudine quam cum relacione / non aufert
quamcumque actus in opinione aliorum
famam ista quia si illi sciunt accipiunt

illum de quo est sermo esse criminosum
leves sunt quia qui cito credit levis
est corde / Unde quia a scandalo pu-
sillorum oportet cavere maxime illud apostoli
prima ad Corinthios Si proximum scandalizat
non manducabo carnes in eternum / et
multi sunt tales pusilli leves ad cre-
dendum mala / Ideo periculosum est talia
audita cum relacione eis referre. Et si
hoc fiat malo animo scilicet ledendi
illum de quo est sermo non est fa-
cile excusare quin sit contra caritatem
et ideo peccatum mortale. Si autem fiat
coram talibus ex communi consuetudine
dicendum est dicere quod excusat a re-
peccati venialis quia lingua in lu-
brico posita est et qui non offendit
in verbo hic perfectus est vir. Iac.
tercio. Dico quod non tenetur retractare
verbum suum quod proposuit in publico
quia hoc faciendo mentiretur cum
sciat illud quod proposuit esse verum
et non tenetur mentiri propter quodcumque
bonum reddendum alii / sed tenetur
aliomodo licite reddere sibi famam
puta persuadendo verba non credatis
eum esse talem / male sibi dixi et
fatue / quia non servato ordine in-
proposui eum in publico quod non est ve-
publicum / et illa persuasio sufficit
non reputetur eum talem bonum
/ quia quilibet presumendus est bonus
donec probetur contrarium maxime illud
quod de structo in ordine faciendo
t. vincto humana fragilitas quem
indignum esse non novit debet excusa-
re debeat sed iste non erit est pl-
tus malus coram illis igitur hic et
persuadendo eis scilicet quod ipsi non reputent

cum indignum nec malum refectis mobis dicat. Similiter quod non tenetur retractare negationem suam quia negavit in publico verum crimen sibi impositum quia non tenetur aliquis statim in iudicio confiteri se reum nondum convictus tamen tenetur per quedam verba sobria sicut dictum est in 2o articulo restituere famam illi accusanti quem indiscrete notavit de calumpnia quia non habeat eum pro calumpniatore quia forte habuit bonam intentionem in proponendo vel forte credebat posse probare intentum suum et deceptus fuit. Sed ille qui negat crimen tale verum licet probatum in loco publico sibi impositum utrum peccat mortaliter. Videtur quod sic quia mentitur mendacio pernicioso proponere accusantis quia prohibet notari calumpniatorem. Pro quo hoc non est verum quia ipse met est sibi perniciosus qui crimen ponit quod non debet proponere. Et ipse met est sibi causa si aliqua infamia sequatur non autem ille negans quia defendit innocentiam suam in publico ubi non est nocens nec habendus pro nocente donec fuit convictus. Sed remanet difficultas an peccet mentiendo per se. Primum videtur quod quilibet accusatus ab uno in publico tenetur statim de necessitate salutis confiteri illud in publico et in iudicio sacramentalis sed et habendo oculum non tantum ad penam sed ad honestum et inhonestum non apparet quod ille honeste et secundum rectam rationem debeat confiteri coram tali iudice quia ipse est plus quam quicumque alius suus accusans. Unde auferat sibi ipsi famam quia confiteri coram eo se in iudicio creditur. Quid ergo tanta est pro iusticia. Hec nego si proposita ut ponitur et hoc quidem sine mendacio potest fieri in proposito quia proponitur in publico et ut publice probanda sit ante ea negare potest si sciat non posse probari in publico. Secundo si iudex urgeat eum ut confiteatur propositum vel publice negetur. Unde possum quod ipse respondit sufficienter ad accusationem et secundum modum iuris petit vel ab illa responsione vel declinare faciat iudex circa accusationem quod iuris est. Sed si non intendens tantum negare illud ut propositum est seu ut publicum sed sicut sacerdos facit de confesso dicens nichil mali scio istum fecisse quia loquitur ut in publico audiunt autem in alio foro utrum tenetur iste negans de illa negatione penitere. Pro bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi non est dist. v. ad eius et in titulatur Gregorius. Et ideo in tali casu tutum est post tale negationem penitere et hoc indistincte tamquam de tali quale est puta sub tali distinctione si mortale est tamquam de mortali si veniale est tamquam de veniali omnia Scoto. Sequitur etiam unde supra libro ii de detractione et infamia utrum aliquis debeat recompensare dampnum quod intulit alteri impediendo eum ne consequeretur aliquod bonum quod erat in via acquirendi

Uo non tenetur equale dampno (ei)
recompensare quia minus est aliquid
habere in potentia quam in actu. Cum
autem est in via adipiscendi ali-
quid habet illud tantum in virtute vel
potentia et ideo si reddetur ei ut habe-
bat in actu restitueretur ei illud quod
est ablatum multiplicatum quod non
est de necessitate restitutionis ut dictum
est tenetur illud tamen recompensacionem
aliquam facere secundum condicionem personarum
et negociorum. Unde secundum hoc ille qui
effodit in agro semina non tenetur
satisfacere pro tota messe futura quia
non dum habetur nisi virtute et pote-
cia secundum Thomam. Quid de eo qui im-
pedivit aliquem adsequendo ali-
quod beneficium ecclesiasticum. Uo quod secundum
Rich. et Scot. hoc potest facere aliquibus
tribus modis. Primo intendens dei honorem
vel ecclesie utilitatem et si propter hoc pro-
curet quod detur persone alii digniori
et tunc in nullo tenetur aliqua
restitucionem vel recompensacionem
~~Aliomodo intendens propriam utili-~~
~~tatem et sic etiam non tenetur~~
~~ad et si propter hoc procuret quod~~
~~detur persone alii digniori et tunc~~
~~in nullo tenetur aliquam restitucionem~~
~~vel recompensacionem~~ // Alio modo intendens
propriam utilitatem et sic etiam non
tenetur ad aliquam restitucionem si
procuret per se licito modo // Tercio
intendens alterius dampnificacionem
propter odium vel vindictam vel aliquid
huiusmodi et tunc si impediat ne dignus
detur antequam sit firmatum quod
ei detur licet ei non teneatur re-
stituere valorem beneficii eo quod

non est equalis valoris habere bonum
in actu et esse prope habere maxime
quando potest impediri tenetur tamen
ad interesse dampnificato ad arbitrium
virorum bonorum. Si autem iam firmatum sit
quod ei detur idem est ac si iam habitum
ei auferret et ideo tenetur restituere
equale tamen secundum suam facultatem.
Exemplum si perdam venas in fun-
do meo per quas aqua derivatur
ad puteum alterius intencione no-
cendi sibi teneor dampnum restitu-
ere. Si autem hoc faciam sine fraude con-
sulens utilitati proprie scilicet quod est utile
michi minus facere aut non potest convenienter
fundari sine venarum illarum percis-
sione non teneor aliquid restituere quia
non dampnifico alium in iure quod
ius habeo faciendi meum bonum in
fundo meo ff. de novi operis nunc-
tiatione l. 2a. § de ff. de regulis
iuris Nemo dampnum facit nisi
qui illud quod facit quod facere ius non
habet. Quid si causa mei edificii
defendendi edificium vicini sit
incendio diruerim numquid teneor
reedificare. Uo non ut dicit Ulpianus
et reprobat Labeonem qui dicit quod
in ff. de incendio et ruina l.
in § quod ait pretor vel dicit la-
beonis sententiam verum ubi iniuste non
fuit metus puta quia adhuc
non pervenerat ignis usque ad domum
vicini quam destruxi tunc enim te-
neor in simplum actum vel actio fa-
si peccat vel iniuste dubitabam
aut prevenerit quia forte tunc
tempus ventosum erat. Sed locum
quod Ulpianus dixit neque enim dam-
pnare videbor eque periturum edificium

ut ff. quod aut clam / si aliquis aliquid est et alia exceptio si quis ex
illo provenit si iuste tamen putabam
ignem proventurum adhuc cessat
ideo sic intelli ff. ad l. aquil. / quippe
primo § i de / sic etiam patet ei qui
contra mertum piratas preadans alienas
portat in mare ut ff. de precariis
vobis qui predans li. i. Sed si
actum te cum cedatur domus vicini
incendenti tamen in summa equitate
consilio iudicii ut hic officio suo
fieri faciat ar. ff. ad l. aquil. de
lata l. i. § equissimus hostien //
Adhuc non adhuc non teneatur
qui dampnum dedit vel iniuria
irrogavit nisi culpam interve
niat alias non tenetur unde infantes
et furiosi non tenentur si dampnum
dederint / impuber tamen qui doli
capax tenetur excusatur non est de culpa
qui ad sui defensionem et iniuri
in continenti et cedo dampnum dedit
excusatur etiam a culpa qui aliquid
impulsu vel violencia venti dampnum
num dedit non tantum aut qui
dampnum dedit vel iniuriam irro
gavit sed etiam qui operam
tulit tenetur Item sive culpa
sive imperitia sive negligentia dampnum
quis dedit vel iniuriam irro
gavit tenetur Item si quis ex aliquo
ex negligentia ignem fecit et ad hoc
dampnum datum sit tenetur Item
non excusatur quis per ignoranciam
si scire potuit ex facto suo con
tingere iacturam vel iniuriam / puta
ta [illegible] vellem permittere pericie

tem me peritissimum alium imputatur michi
quia diligentiam debitam non adhibui
secundum omnia ex de iniuriis / si culpa
in textu et glo. Item si quis
inventum altius occiderit fo
veam inquam cecidit faciendo
quod mortuum est / erit suum sed festia
tionem dabit ex de iniuriis c. ius
ozima qui dat occasionem dampni
tenetur ff. ad l. cor nichil interest
hic ante § 2^m Ber in glo. Item
si fecit in loco manifesto § si in
privato ubi talia fieri solent non
tenetur ff. ad l. aquil. qui foveas
Item si bos meus cornupeta est cum bovem tuum
quia non custodivi eum occiderit
reddam bovem pro bove § mortuus
erit meus c. ti. si bos et si in
agrum vel vineam tuam ego
vel animalia mea dampnum dede
rimus estimationem dabo et si lesit
hic ante intelli. 2^m hosti. Si
animal meum contra naturam sui generis
dampnum dedit puta bos cornu
peta est qui consuevit domesticus esse
tunc reddam estimationem vel ad
noxam tradam ex c. si § ced
si animalia / in animalibus tamen feris
hic non habet locum quia talia animalia
dando libertatem / sed nichilominus
tenetur si diligentiam debitam
non adhibuisti vel nichil de con
tingentibus obmisisti secundum ibidem //
Quid de eo qui dampnificat
aliquam religionem retrahendo
abinde sibi eius aliquem eius utile
li. 2^m Scotum quod eius si tra
xit aliquem de religione ad obli
gationem ad li. obligatione professor

tenetur agere ad restitucionem sz ut
ille redeat ad religionem Sed si
aliquem dispositum ad intrandum
retraxit ne intraret quia non est
inde certe et pro esse/ non tenetur
ad tantam restitucionem religionis ad
quantam si fuisset in religione/ sz
ad aliqualem puta ad inductionem
alterius equivalentis ad ingressum
illius religionis Et hoc intelligendum
est si ipsum retraxit in tencione
dampnificandi religionem Si autem intenti
one consulendi utilitati ipsius sine
fraude non tenetur religioni/ sed
in primo casu et secundo tenetur pro
quanto retraxit in orationibus
et aliis bonis spiritualibus ad equi-
valencia illis bonis a quibus
illum retrahendo dampnificavit. a quo
De eo qui vituperavit iniuste
Non sicut dignitatem persone eius
in bonum oppinione maculavit per
illacionem contumelie Require ca
pe prohibitiones reverencie (?) thomas. F
Utrum homo teneatur ea restituere
que invenit a fortuna Thomas Res
quedam sunt communes omni iure naturali
ut volucres non domestice/ pisces
maris/ lapilli et gemme/ que inve-
niuntur in littore maris/ et similia
iusti. de divisione rerum § et quidem/
et fere bestie/ et talia invenientes
restituere non tenentur/ Unde cod. §
dicitur quod illius est naturali racione occu-
pantis esse conceditur/ Quedam sunt
communitatis et quedam sunt proprie
singulorum et hiis duobus modis
res dictas si quis invenerit res
restituere tenetur/ res communitatis communitati/
et res proprias alicuius ei cuius sunt

si sciri possunt cuius sunt/ et si cuius
sunt sciri sive in bonum (?) non poss-
vel posset restituat eam dare pub-
lica cura incumbit ut dicit Richardus
vel ut dicit Raymundus si ipse indigeat
cum consilio et auctoritate sui primarii (?)
vel si superior disposicionem talium re-
tinuerit sibi retineat et pro eo cui
sunt orent aut pauperibus erogent
et sic intelligitur illud Augustini xiiij
q v Si quid invenisti et non re-
stituisti rapuisti et xiiij q v
inhuic (?) Secundum non decet res inventa
tradi debet alicui persone publice
custodienda et in locis publicis
portari ut sciens eius ea invenire
possit et si post talem proclamacio-
nem non appareat pauperibus distri-
bui debet F Quid de eo qui accipit
occulte aliquid de bonis alienis
sui debitoris ei solvere nolentis R
det Richardus quod talis peccat per
indebitum modum accipiendi tamen re-
stituere non tenetur ut habetur xiiij q v
non sane F Quid de meretrice nunquid
restituere debet quod datum est sibi
propter fornicacionem Videtur thomas quod
non Si tamen superflue aliquid ex-
torsisset per fraudem et dolum ei ac-
quisivit restituere tenetur Iurisperitis (?)
pro detinentibus columbaria et
guarennas Thomas De detinentibus columba-
ria dicunt aliqui quod non possunt
teneri sine preiudicio et dampno
alterius mortaliter peccant qui tenent
Quidam tamen credunt quod columbe
plus proficiunt terris quas frequen-
tant stercorando et mala semina co-
medendo quam aliis noceant
tamen non videtur tutum super hoc

consumare aliquid/ De tenentibus guarandas credunt aliqui ubi do- minum agros vineas solebant agros tanta libertate possidere quod non op- ortebat eos custodias suis agris vineis satis adhibere. Item attenda- mus alia guarandas peccant mor- taliter qui huiusmodi guarandas de no- vo constituunt in preiudicium et dap- num aliorum et tenentur qui faciunt ad dampnum adiacentes. Item credunt deuentibus guarandis non sunt apte quod quando constat nec nova al. nisi probabiliter presumatur per aliquam terras vicinas huiusmodi guarandis adiuvans huiusmodi guara- ndas acceperunt quod colendas sic- es condiciones guarandarum et quod habentes predia vicina tenentur custodire sata suis expensis et animalibus huiusmodi guarandarum et quod non liceat capere aut interficere huiusmodi animalia quando inventa in predijs suis et dampnum ibi facientia.

Si queratur an probabiliter presumi possit credo quod ex multo comodo quod ex quo preuenerunt commemoracionibus illis habitantes in eis alias causas vel quia morem pensionum soluunt de predijs vicinis guarandis quia dominatu timoris et forte quia innatantur et relevantur in viis ab initio con- venit guarandi in alio sine intencione seruandi predia sua sine capere vel lepores huiusmodi animalium. De re- ctoribus qui seruant agros et vineas aliorum quorum tamen credunt aucas et oues et ag- nos pauperum credo quod tenentur re- stituere estimacionem dampni vel peccat mortaliter si non restituunt nisi ita mo- dicum dampnum esset quod probabiliter non curarent illi quibus fieret.

mortalit(er) t(ra)nsg(re)diendo q(uo)d(cu)nq(ue) ipsor(um)
[e]xpedit patet quod no(n) benedixerunt
quida(m) dicentes quod si religiosus i(n)
professione se regula(m) s(er)uatur(um) vouet
legenda(m) q(uo)d(cu)nq(ue) eor(um) que continent(ur)
i(n) ea mortalit(er) peccaret. Ex hac aut(em)
moti su(n)t ulteri(us) addiscend(um) quod
i(n)g(re)dientes religione(m) no(n) debet regula(m)
p(ro)fiteri ut faciu(n)t m(ult)i caute sed po-
ti(us) d(ebe)t p(ro)fiteri vita(m) s(ecundum) regula(m)
vel obedientia(m) s(ecundum) regula(m). [S]ed h(oc) est
plane contra d(e)c(retum) extra de regularib(us)

q[uod] pecto secular

vel peius hereat

nit tus ad vel. copte tua, dt inst
manetanus ut qui pdto mo tran
dnabus vys ingdi no veniunt pp
pauui gesserunt stum mothalem ras
pu forma ordinis profiteantur et p=
net certa tempora capellas ecce hic
est oppositum quod ingredientes alique
ordine dicunt illius ordinis regula
profiteri quia dicit regula secundum formam
ordinis profiteatur, ex hoc, quod dicit
pp quia primum gesta hic non legimus
quod forma profitendi in ordine non
est profiteri regulam ex quo sequitur quod
idem est interpretatione profiteri regulam beati
benedicti et profiteri conversionem morum secundum
illam quia quidem formam profitendi
instituit beatus benedictus. Utrum religi-
osus eodem genere peccati gravius peccet
quam secularis. Videtur peccatum quod a re-
ligiosus committitur potest esse gravius, cuius
specialiter triplex primo quia potest contra votum ut
si potest religiosus fornicetur. Secundo potest ex
contemptu peccat quia ex hoc videtur
esse ingratus divinis beneficiis quibus
est sublimatus ad statum perfectionis. Tertio
propter scandalum, quia ad vitam eius respiciunt
plures. Sed si religiosus non ex contemp-
tu sed ex infirmitate vel ignorantia pec-
cati aliquod quod non est contra votum sue
professionis committat absque scandalo
puta in occulto dicit thomas quod levius peccat
eodem genere peccati quam secularis quia peccatum
eius propter leve quasi absorbetur ex multis
bonis operibus que facit et propter multe
facilius ab eo resurgit. Secundo quod propter
intentionem quam habet ad deum erectam
que etsi ad horam interrumpatur, facilius
ad pristina reparatur. Unde super illud proverbiorum
cum ceciderit non collidetur / dicit origenes: Iniustus
si peccaverit non penitet et peccatum suum
emendare nescit. Iustus autem scit se
emendare scit corrigere ut ille qui

dixerat nostro hominum paulopost confusus
fuisset adiud flere cepit amarissime iuvenis
cuiatis apostolis ad resurgendum secundum illud
cantici iiii. Si vinus et abalto subiectur
ve soli quia cum ceciderit non habet sublevantem
se sed ecce predicte rationes concludunt quod
religiosis in tantum illo resurgit et corrigit
se facilius et tamen ratione in se percussionis
et ad intentionem maioris quod bene est mi
simile tamen ut videtur aliis non concludit
quod peccant levius quia propter hoc ex ipso
quod religiosus est magis in strictus
sequitur quod peccat gravius quia scientia
et constantia aggravans non alleviaus
peccatum ex hoc ipso enim quod est religiosus
ad ea que sunt perfectionis obligatus tenetur
magis imitari salte deum et ex quo perfectio-
natus tale quam secularis. Unde videtur quod
religiosus peccat gravius ceteris paribus ratione
status quia status est constantia ag-
gravans non alleviaus peccatum. Et probatur
quod si peccata religiosorum essent graviora
peccatis secularium religiosi essent peiores
conditionis quam seculares. Dicendum quod religi-
osi non de facili peccant ex contemptu
sed quando labuntur in peccatum aliquod vel ig-
norantia vel infirmitate a qua de facili
relevantur. Si autem ad hoc perveniant ut ex
contemptu peccent et efficiuntur pessimi
et maxime incorrigibiles secundum illud Ieremie ii:
confregisti iugum disrupisti vincula
dixisti non serviam et in omni colle sublimi
et sub omni ligno frondoso tu prostituebaris
meretrix. Unde augustinus in epistula ad plebem
yponensem ex quo deo servire cepi quo-
modo difficile sum expertus meliores quam
qui in monasteriis profecerunt ita non sum
expertus peiores quam qui in monasteriis
defecerunt. Sequitur considerare de eo quod
de obedientia religiosorum et circa hoc queritur
primo quod utrum religiosi teneantur obe-
dire prelatis suis in omnibus quae non

sunt contra dictum sensus si loquantur de
obedientia secundum professionem sic extendit se
ad omnia que non sunt contra deum et regulam
prima viii verbi gratia. dicit quod professa obedientia
sine negat. Si autem loquantur de obedientia
secundum naturalem obligationem et sic modum
et mensura secundum voti eiusdem magis vel
et per consequens dicit verbi gratia leg. dispen. et precep. quod
subditus non tantum promissum est exhiben-
dus non ultra cogendus per legem obedientie
et ideo distinguendum est autem cum pre-
latus precipit aliquid quod est secundum regulam aut
contra regulam aut preter aut infra. Si
secundum regulam tenetur obedire sed secundum
regulam aliqua dicuntur esse complicite aliqua
implicite ut obsequia tonicatis et ne-
gotia ordinis promovenda sine quibus
regula non posset ventus observantia et tamen
in hiis quia in illis tenentur obedire
dicuntur etiam esse secundum regulam aliqua que
faciunt ad regule pleniorem observantiam
et in hiis etiam tenentur. unum est tamen
quod si prelatus talia precipiat in longum
tempus debet licet facere de consensu subditorum
vel eorum qui conveniunt ad capitulum si etiam
sint infra regulam tenentur ut si precipi
antur aliqua levia ad se reficiendum corpus
reficere corpus sunt si autem sint contra rationem
secundum quia eorum opposita in regula precipi-
untur vel prohibentur vel in eis potest
dispensare prelatus aut non ea quod
regula vel constitutio prohibetur si sint talia
quod non potest subditus ei in talibus
obedire non debet. Si non sit certum quod sit vel dubium
aut possit obedire tenetur ar. de dubio xxxiii
q. i. quid culpatur. Si autem sit preter
regulam aut precipitur in cautela peccati
committendi puta quod subditus remaneat
in pane et aqua quia prelatus videt
nimis eius pronum ad luxuriam et per consequens non
tenetur ut incantam sed qui non posset aliter
vitare peccatum aut precipitur in pena
peccati commissi sic tenentur in aug-
mentum vite ut recipe martirium et huius
sic non tenentur. Item etiam non que sunt
preter regulam ut sunt ea que nec ibi
continentur nec ad illa que ibi continentur
expediunt et ordinantur ut senile ne-
cessitas vel aliud huius est dubium. Contra
ut dicit petrus in quadam questione de quolibet
quidam enim dicunt quod non tenetur obe-
dire ~~dicunt quod non tenetur obedire~~ in
maioribus quia sunt ea que in regula
continentur. Alii dicunt communis et verius
quod nec in minoribus nec in levioribus
que sunt omnino preter regulam tenentur
obedire quia non tenentur nisi quatenus
obligat se professione. Contra omnis
in obedientia religiosorum sit mortale petrum
sensus secundum quia quod non in hiis que
sunt regularis disciplina que sit sub-
receptione sed tunc quando sit sciens et
cum sufficienti deliberatione verbi gratia
de dis. et precep. li. xi. non qualiscumque
mandati preteriti et nolle obedire
faciat sed repugnare et nolle obedire
xxxiii. li. dicit si ubi lato vel tunc
plenam potestatem subreptum sunt contra
preceptum veniam facere prohibet quia
etiam mixto petrus reputabitur idem xii. li.
si iubente seniore ut silentium vel
clabit verum me esse fatentur sed veniat
Si non contemptu faciens et deliberate
ut sponte in verba prorumpere prelatum se
ne constitutio et tunc quod autem idem
dicit xi. li. viii. c. omnis in obedientia
inexcusabilis est duplex intelligendum
est in religioso mortaliter vel venialiter
ex nesciens parcit subditus vel prelatus
non solvendo quod debet dicit verbi gratia de dis.
et p. li. v. sit rationis professio qua se
minor subdit maiori eque obligat
priorem communis equidem pati utrorumque
necessitate verum teneri et fieri dicendo

aut in fra

peraltius proponere altitudinis virtutes unum fidelis cure alterum humilis obedientie. Quidem secundum generalem ... hec ... videre in quibus consistat cura prelati et obedientia subditi fidelis. Aut cura prelati respectu corporum subditi est in rebus, quia cum subditus religiosus supposuit prelato proprium iudicium propriam voluntatem et reliquit propriam possessionem, tenetur prelatus secundum modum ... dictamine proprio ... conservator ... quia voluntate eius alliciat ad bonum spiritualiter et secundum statum et posse suum ei de temporalibus providere. Preterea vide hic prelato dicit pastor ... et temporali subsidio ... totius collegii debet scilicet errata corrigere bonos consuetudines et ordinationes conservare de... honore non in contrario / Secundo et tertio huius in ... eius prelati constituti sunt ut errata corrigat bene ordinata custodiat vitam et mores subditorum verbo et exemplo componat / Tertio huius idem prelatus quem delectat ... non honor caritas non potestas sanctus aliis impensa non ab aliis suscepta officium aut sine debitum subditi est ... huius et ... humiliter obedire in hiis que sunt secundum regulam suam ut supra. Dicendum ergo quod comparando inobedientiam ... particulare subditi ad obmissionem ... prelati in hiis de quibus subiecto non est certum iudicium ... quibus corpus magis peccat sed hic sunt ut concedentia et concessa secundum varias conditiones et vires loquendo tamen in com... ad statum huius et illius plus peccat prelatus non intendens fideli curam quam subditus non subiciens humilem obedientiam ... eum peccare prelati primo ratione officii quia debet verbo et exemplo lucere subditis sicut sol in mundo. Unde peccat capis solis de celo esset

maior defectus in mundo quam unius stelle ita maior casus prelati quam subditi. Secundo ratione adiutorii quia prelatus est adiutorium maioris sicut gratie et obedientie subditorum sibi obsequium et omnibus ipsum amantium / tertio ... gregis tantum debet prelatus in sua subdita ... quam pastor gregem / tertio glo. hic ... quam amplior gratia datur prelato tamen ... Quarto ratione maioris dampni et periculi [margin: dapnum] ... corporis infirmitas capitis quam pedis sic defectus prelati magis plus ~~quam~~ collegio quam unius subditi.

Utrum religiosus teneatur abnegare in obediendo propriam voluntatem. Videtur propria voluntas ut dicitur ... excludit conformitatem cum divina voluntate et sic dicit augustinus sola propria voluntas est causa demeriti sic ergo dicit bernardus quod sola propria voluntas ardet in inferno / Secundo dicitur propria voluntas ~~aliquid in dissensus~~ cum se non immiscet voluntas dei vel superioris in iubendo vel prohibendo ut cum homo ... non excludit sed includit voluntatem dei vel sui superioris et ideo talis propria voluntas ... quod ... dicitur quam vago precepto voluntate superioris non sequitur et hec potest esse dupliciter scilicet aut formaliter non condelectantur sed contristantur sic ad ... vel condelectantur ... et sic non repugnat obedientie propriam voluntatem habere / aut communis non applaudit vel sequi volunt quam precipitur ~~non quam~~ sed ... proprium ut ... prelationibus et sic propria voluntas repugnat obedientie / aut non repugnat ei in quibus est superior debita ut cum voluntas carnalis appetit non quia preceptum sed quia honorificum ... patet quo propria voluntas repugnat obedientie et quo non et prorsus quo religiosus tenetur in obediendo ab-

+ et non tamen ipsa voluntas non est penitus ... vel remitti ... ipsa voluntas

+ quia ... vel applaudit vel sequi volunt quod preceptum non quia preceptum

+ remittit ad ... ut ... voluntas [illegible]

negare propriam voluntatem ¶ Utrum professus obedientiam sic abnegat voluntatem propriam et supponit eam voluntati prelati ita etiam debet suum iudicium supponere iudicio prelati ita quod sicut dicatur quod talis non habet propriam voluntatem ita possit dici iste non habet proprium iudicium videtur enim quod sic quia liberum arbitrium est facultas voluntatis et rationis et ideo ipsa electiva rationalis adeo est coniuncta voluntati motive ut quidquid eligit ipsa electiva statim et solum in illud moveat ipsa motiva ergo si remanet libertas sive proprietas electiue non abnegasset ille professus propriam voluntatem aut si eam professus abnegavit videtur quod sicut voluntatem propriam non retinuit sed voluntati prelati supposuit ita etiam suum iudicium iudicio prelati supponere debuit ¶ Contra regula sancti Benedicti prohibet omnino esum carnium omnibus exceptis debilibus et egris et secundum litteram regule carnium quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur comestio preter omnino debiles et egros ¶ Ponatur ergo quod abbas credit esse istum debilem et ideo precipit ei et precipit quod comedat carnes iste autem sanus est et fortis et credit se non esse debilem vel egrum propter hoc tamen modo concedatur sibi usus carnium sicut enim quod non conceditur sibi nisi egro si comedit contra conscientiam facit et peccat omne enim quod non est ex fide peccatum est ¶ Rom xiiij et in glosa omne quod est contra conscientiam Cum ergo non liceat comedere liceret autem si supposuisset iudicium suum iudicio prelati ergo etc. ¶ Ad alia an. ad questionem quod iudicium quantum est ex se est enim quoddam iudicium quantum ad agibilia tantum ut est iudicium quid verum quid falsum et de tali iudicio non oportet quod obediens supponat propriam iudicio suum prelati ¶ Est et aliud iudicium non tantum circa agibilia sed etiam circa facienda et istud est duplex quia quoddam est tantum deliberativum et istud etiam non oportet supponere iudicio prelati non tamen ita coniunctum est voluntati quod voluntas moveat ad omne illud quod istud iudicium deliberat sic enim aliquis subditus deliberat utrum hoc vel illud sit faciendum et tamen postquam deliberavit non movetur ad faciendum id sed magis facit illud quod sibi suus prelatus prelatus precepit [illa] aliud iudicium circa facienda non tantum est deliberativum sed etiam diffinitivum et istud ita coniunctum est voluntati ut postquam preeligendo aliquid diffinivit esse faciendum statim voluntas moveat ad illud faciendum vere obediens habet iudicium abrenunciare debet sicut et voluntatem et habet continue ad eam ad quam reliquit propriam voluntatem et de hoc procedit argumentum ¶ Si autem queratur quid debeat facere monachus subditus in tali casu dicendum quod si sit presumptio probabilis de eius debilitate vel infirmitate quia contingit aliquando quod illi qui vident exterius homines magis perpendunt eius attenuationem vel debilitatem quam ipse vel etiam ipse propter nimium fervorem vel ingenium suum laboris non experitur bene cognoscat suam debilitatem sicut alii magis experti sunt et debet in tali casu obedire prelato ¶ Si autem cognoscat se debilem non esse nec abbatem hoc ex aliqua probabili presumptione credere non tenetur nec debet ei in tali casu obedire unde nec suum iudicium diffinitivum debet continue ad hoc iudicio eius supposuisse sicut nec voluntatem voluntati continue ad iam dicto quod sit contra formam regule sicut enim dicit Bernardus et si prelatus preest subditis semper tamen regula sibi est

plato ita ut ipse numquam possit precipere contra regule et si preciperet non esset obediendum. Utrum in potestate abbatis sit mutare observantias spirituales et utrum sit obediendum ei precipienti contra ipsarum. Videtur quod sic quia dicitur in regula omnia in dispositione abbatis sint vel fiant quamvis predictas omnia nichil excipit maxime cum statuta ab homine ut videtur possunt [bn] mutari potest mutare observantias non tantum carnales sed spirituales et et ei obediendum in mutatione istarum sicut et illorum. Dicendum secundum allegatum an. quod sunt ut videtur quedam spiritualia que abbas omnino mutare non potest ut illa que nichil habent admixtum de corporali observantia ut humilitas caritas et cetere virtutes. Sunt autem quedam alia que et si sint spiritualia quantum est de suo complexu habent tamen aliquid admixtum de corporali observantia ut tacere aut psallere. Hoc autem et si spirituale sit tamen quod alcius vel demissius vel quod cantetur vel hoc vel id canatur in quibusdam est in abbatis dispositione ut etiam videtur ipsa regula. Non tamen est in eius dispositione secundum quod voluerit mutare sed secundum quod viderit expedire secundum bonum et equum. Unde licet quidquid de spiritualibus in regula ipsa traditum est nequaquam in manu abbatis relinquitur [illegible] non prius que est in corporalibus observanciis non est ita in eius voluntate [posita ut convolui] sed [non pro seruire] mutat sed potius et caritati et diversis complexionibus non de pure spiritualibus intelligendum est cum dicitur omnia in dispositione abbatis fiant. Utrum obediendum sit abbati precipienti contra observancias carnales [in qualem] ut si iste monachus [multum] laborat ponatur quod abbas certa cum quadam discretione prout sibi videtur precipit et ut comedat carnes numquid abbas hoc potest precipere et ille tenetur obedire. Videtur quod sic quia omnia sunt in dispositione abbatis ut dicitur in regula et hoc maxime dicitur de carnalibus pure de corporalibus observanciis. Dicendum secundum allegatum an. quod et si hec observancia sit carnalis prohibetur tamen omnibus expresse carnium esus exceptis debilibus et infirmis. Unde ita dicitur in [ita] carnium esus in firmis omnino debilibus cura preparatione concedatur ubi autem meliorati fuerint a carnibus more solito omnes abstineant. Nota quia ergo constitutus abbas sub dictis preceptis regule tamen prest abbatem quod in hiis de quibus regula expresse precipit vel prohibet non potest mutare ut ipsi mutanti est obediendum nisi quatenus regula permittit. Unde cum dicitur ibi omnia in dispositione abbatis fiant intelligitur de illis de quibus regula expresse non prohibet vel precipit. Ergo quicumque abbas isti qui multum laborat precipere possit ut carnes comedat dicendum quod servata lege caritatis et in statutis regule et dignitatis utilitate propter hoc sibi precipere potest aliter non quia ut dicit b. quamdiu militant caritati in violata fixa sunt ipsa regule precepta ita scilicet quod mutari omnino ut abusus potius pure offensa sunt. Pone aliquis nunc intrat claustrum videt monachos comedere carnes cogitat quod illud bene potest sustinere profitetur secundum consuetudinem quam invenit vel forte si credit illicitum esse sibi ~~non~~ comedere carnes ~~numquam profitetur~~ numquam ergo iste peccabit [non secundum] comedendo carnes. Dicendum secundum allegatum an. quod quicumque profitetur profitetur regulam et non consuetudinem [in qualem] in venit monachus prius quia professus est tenetur a carnibus abstinere ut patet ex omnibus supradictis non enim qui prohibuit esum quadrupedum concessit esum volatilium immo cum iste sunt delicaciores prohibendo istas multo magis intendit prohibere illas cum ergo regula expresse prohibet dicendum pure predicto quod [illegible]

debilibus et infirmis, non licet comede-
re carnes omnino qui aliter faciunt transg-
ressores sunt maxime cum ea dominus
sua per suam intentionem opposuit. Si
obiciatur quod ille nunquam intendit
se obligare ad non comedendum carnes
dicendum quod etsi hoc explicite non
intendit implicite tamen obligavit
se profitendo et vovendo regulam in
qua hoc continetur/ et si diceretur quod ipse
nesciebat hoc in ea contineri et putat
sibi quod non peccare deberet ad que se
obligavit/ utrum peccaverint fratres minorum
abstinendo esu carnium peccaverunt co-
medendo carnes. Secundum alios autem quod
peccaverunt abstinentes qui faciebant hoc non
esse faciendum et ex propria pravitate sive
conscientia hoc fecerunt. Compromittere pec-
caverunt nisi tractati sint argumento. Per
quod aliquibus fratribus abbas promisit illis
comedere carnes et eum ab illo sunt compromissi
hoc non quia non esset malum sed
ne committeretur magis malum et ex hoc
non sequitur quod illud non sit peccatum
nam et ipse deus multa permittit fieri/ pos-
set autem sequi quod vel ex pravitate sua
fecerunt scienter sunt ad unum peccatum quod
quidem peccaverunt/ qui autem ex ignorantia
fecerunt et non ex pravitate et simplicitate
tantum peccaverunt cum debent scire quod
tenentur observare. Utrum liceat subdito
iudicare de precepto prelati. Secundum cum
dicendo de precepto prelati potest explicari
sic scilicet in comparatione ad precipientem
aut ad obedientem aut ad id quod pre-
cipitur/ Primo modo non potest subditus iudi-
care de precepto prelati sui/ sicut cum
iudicat quod dicat preceptum esse iniustum
ex odio vel ex ira/ licet cum subditus
dicit preceptum sibi esse factum ex odio quod
conatur prelatus eum gravare in animo/ aut
quod precipiendo intendit malum cum
hoc cum detrahere [illegible] dicat Crisostomus
Sunt enim multi qui prepositos suos

prius reprehendunt si vel parum contigerit
ipsis molesti/ Secundo modo iudicare est imper-
fectionis hoc enim non precipere et iudicare
est velle discutere utrum prelatus hoc ei
potuit precipere nec scit utrum in hoc ei
teneatur obedire et sic dicit Bernardus libro de precep-
to et dispensatione quod intolerabile est monacho
ad singula precepta hesitare et singulis
velle iudicare. Ideo commendatur secundum
centurionis exemplum uno dico vade
et vadit et cetera/ Tertio modo licet tamen iudi-
care obedientia enim sicut debet esse prompta
pro voluntate sic debet esse discreta per
iudicium rationis ideo dicit Seneca non te
moveat dicentis auctoritas neque quis dicat
sed quid dicatur attendito et hoc modo
iudicat qui discernit utrum hoc preceptum
contra legem dei vel non ut si contra legem
dei non obediat si autem non contra obediat
Secundum illud Machabeorum [illegible] non obedio pre-
cepto regis sed legis. Item aliter est
iudicandum cum aliquid precipitur contra regulam
quod prelatus facere non potest quia est
infra regulam/ aliter cum precipitur aliquid contra
observancias regulares que sunt infra
prelatum et in quibus potest ex causa necessaria
vel utili dispensare. Utrum obedientia
que fit aliquid deo pro sit meritoria. Dicendum
quod tripliciter obedientia potest et [illegible] utra
debet habere prompta voluntate ad pre-
ceptum obiectum non autem ad illud quod est
ei contrarium. ~~Preceptum autem obiectum non autem~~
~~ad illud quod est ei contrarium~~ Preceptum autem
obiectum obedientie est preceptum quod ex
alterius voluntate procedit/ unde obe-
dit prompta voluntate hominis
adimplenda voluntate alterius scilicet
precipientis. Si autem illud quod ei precipitur
sit absque per se volitum preter rationem precepti
nisi accedit in propriis tamen ex propria vo-
luntate tendit in illud et non nisi
illud implet propter preceptum sed propter propriam
voluntatem/ si autem illud quod precipitur
in illo non est per se volitum sed prop

sic comparatur est ipse voluntati contrarium ut accidit in aliis tunc omnino est manifestum quod non impletur nisi propter preceptum et ideo dicit gregorius nisi iniqua quod obediencia que est aliquid de proprio in prosperis est nulla vel minor. secundum voluntas ipsa non videtur tendere principaliter ad implendum preceptum sed ad sequendum suum velle unde dicit ibidem quod cum locis superior imperatur qui ad percipiendum obedit obedienciam sibi virtute evacuat si ad hec ex proprio anhelat. In adversis autem vel difficilibus est maior secundum quia ipsa voluntas in aliud tendit quam in preceptum unde dicit ibidem quod obediencia est tanto magis virtuosa et laudabilis quanto minus habet de proprio secundum in prosperis quod est contra intencionem. Secundum illud quod potius apparet secundum tamen divinum iudicium qui corda novit contingere potest quod eciam in prosperis obediencia que aliquid habet de proprio non sit propter hoc minus laudabilis propterea secundum ipsa voluntas obedientis non minus devote tendat ad implendum voluntatem precipientis. In adversis autem quanto plus habet obediencia de proprio tanto magis est laudabilis et quanto minus habet de proprio est laudabilior unde dicit ibidem quod obediencie sibi virtutem minuit qui ad ea que despectabilia sunt in viris volensque descendit. Utrum propter obedienciam possit mitti possit aliquod bonum. Dicendum secundum thomam. duplex est bonum. est bonum quoddam ad quod faciendum homo necessario tenetur ut amare deum et huiusmodi. est et aliud bonum ad quod homo non tenetur ex necessitate primum bonum nullo modo debet pretermitti secundum non bonum quod potest pretermitti propter obedienciam ad quod necessario tenetur quia non debet homo facere bonum aliquod incurrendo culpam et de tali bono loquitur gregorius vel quidam cum dicit quod nunquam per obedienciam debet malum fieri aliquando autem debet per obedienciam bonum quod agitur pretermitti et tamen ut dicit glosa bonum quod pretermittitur per obedienciam et alia bona potest recompensare. Utrum religiosi teneantur magis obedire suo patri spirituali id est prelato quam patri carnali. Dicendum secundum eundem aliqua sunt in quibus filii parentibus carnalibus obligantur de iure nature et iure divino ut patet in illa que intelliguntur vel continentur in illo precepto honora patrem tuum et matrem tuam et respectu horum magis tenentur professi in religione prelato et ideo obedire patri carnali quam suo prelato professi et in religione nullum absolvit a dicti precepti obligacione / ad hoc enim observantur consilia perfectionis observentur divina precepta unde per hoc quod religiosi profitentur ad observacionem aliquorum consiliorum non minus tenentur ad observacionem divinorum preceptorum et hiis convenit decre. dicitur xxxi. Si qui filii parentes maxime fideles deserunt occasione divini cultus et non propter debitum honorem parentibus reddiderint anathema sit. Aliqua non sunt in quibus non obligantur filii parentibus carnalibus nec de iure nature nec de iure divino et respectu eorum planum est quod religiosi magis tenentur obedire patri carnali quam suo prelato. Sed contra predicta videtur esse illud mathei xix omnis qui reliquerit patrem aut matrem propter nomen meum centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Respondeo illud intelligendum ubi et quando parentes a filiis non indigent gubernari et maxime quando filios retrahunt ad illud quod est contrarium ipsorum saluti / vel dicas quod intelligitur respectu eorum in quibus filii non obligantur parentibus nec de iure nature nec de iure divino. Utrum magis sit obediendum secundum inferiori vel superiori prelato sive prelato. Dicendum contingit loqui de prelatis superiori et inferiori dupliciter quod comparantur ad summam potestatem ut ab fluente secundum gradum et ordinem ut potestas

ut apostolus in recte aptate principis
pue [illegible] et potestas diaconus aptate
p[illegible] compilis / et potestas [illegible] aptate abbatis
et potestas inferioris aptate priores et p.
hec potestas superioris est simpliciter efficacior
et ei magis obediendum quia potest
mutare et relaxare inferiorum preceptum
Alio modo prout comparatur ad similem
potestatem ut a qua procedunt in recte et
ad regimen aliorum [illegible] sed differunt quia
superior fluit ab eodem tunc et equales
effectus super eundem populum et talis est potestas
archiepiscopi et episcopi super subditos episcopi quia
ut est in recte fluit a prima potestate
secundum ipse / sed differunt quia episcopus est in eadem
pro epa[illegible] subditorum priorum et deferunt
ad ipsum [illegible] de officio archiepiscopi [illegible]
Archiepiscopus licet non sit ordinarius
iudex et competens vel suffraganeorum
priorum xi q. iii. quia cognitionis non
tamen est iudex competens subditorum
suffraganeorum priorum licet sit ordinarius
eorum et ideo non intromittit se de causis
eorum nisi in certis casibus in quibus
est iudex competens priorum ut [illegible]
de officio ordinarii. pastoralis Sequitur considerare
de quarto scilicet de paupertate religiosorum
et circa hoc queruntur plura. Primo utrum
status perfectionis sit vilificare se ipsum
Videtur quod sic quia hoc valet ad
humilitatem acquirendam et ostendendam
et conservandam unde super Jo xiii nos
debemus alter alterius lavare pedes et
glossa quia ad pedes declinatur ei humi-
litas in corde excitatur et si iam est
ei in corde confirmatur humilitatis affectus
Item Greg. in quadam epistola ad regimen
humilitas ad quam via ducit humiliatio
est totius spiritualis fabrice fundatio
Sed quod humiliatio est via ad quietem
sicut patientia ad pacem et lectio ad
scientiam / et sanctum humiliationem vocat.

vilificationem et sic pati quod humilia-
et vilificatione [illegible] est opus perfecte
virtutis Contra videtur perfectionis sit ab-
renuntiatio per dominum omnibus tamen
in quantum quia impunito sit specialis
Videtur quod sic. Primo est vane per-
fectionis non tamen sufficientis sed sup-
fundantis tamen cum duplex sit vita
ad quam disponit gratia scilicet activa et
contemplativa / que per se in celo elevat
multis autem magis est ad hoc ydonea
quia ille qui penitus est a bonis tem-
poralibus exoneratus talis autem est per
illam perfectionem abrenuntiat per se ipsum
omnibus bonis et ideo talis in [illegible]
dimittit per edificium collatum est in celo
Et hinc est quod spiritu sancto dictante
talem modum vivendi ipsa approbavit
Extra de excessibus prelatorum. In nimis / Unde hinc
etiam nulli omnino licet sentire quam
perficientes talem modum vivendi vi-
deantur stulte agere / se periculis exponere
et deum temptare / nam contra tales
de verbis regule beati Francisci ubi
paupertas huius confirmatur nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostre
confirmationis infringere vel ei ausu te-
merario contraire / contra tales etiam multa
scribit augustinus libro de ecclesia que dimitto [illegible]
brevitatis gratia / ex hoc apparet evidenter
quod omnino omnibus velle paupertate
abrenuntiare non est culpandum sed
potius est tamquam culmine evidente per-
fectionis commendandum / ad hoc autem
sufficientissime convincendum una sola
auctoritas expressa expositorum ? sufficeret
dimittere omnia que possidet propter multa deo
perfectis esse vadet et vendere omnia
que habes et da pauperibus est suffi-
cientissima / etiam plurimorum glosarum expo-
sitorum et sanctorum dicta videntur esse
contra. Sed contra augustinus ad paulinum

ad aqg effectus eodem et equales [illegible] et ab

activa decursa et divina contemplativa consummata

descendendo deum cum inquit scripta ma-
scriptum canonicis coequalis quasi dicat
nullo modo / igitur quod divina auctoritas
sit expresse dicit omnia dimittenda et
qui consulendo nisi ad perfectionem evangelicam
patrum virum quod ipsud ita consuetudinariter
debet teneri quod et non possit sine
sibi periculo obviari. Sed contra eum
xxxvij. que tamen opera nulli derogaret
sed nichil est quod tamen dicens in
culpa spectat ad perfectionem evangelicam ergo
2a. Quod dupplex est tamen opera salutis in
voluntaria et hec adiunctum ineunt defectum et
penalitate et amore adquirendum / et
voluntaria que est adiuncta Primo
scilicet illud in corpore vj tamquam non
habentes et omnia possidentes et hec disponit
ad ~~amm~~ministrativa perfectionem quia mentem
elevat et facit ad omne opus ydo-
neum bonum potest esse radix omnium
malorum est avaricia. Nota tercio mendicare
aptum xxxiij sit ratione perfectionis
bonum. quod triplex est modus me-
dicandi / primus provenit ex necessitate
nature ut tunc quis mendicat non tamen
quia pauper sed eciam quia debilis
vel infirmus et hic modus est talis
et temporalis / sed perpetuum sit iustus
et laudabilis exemplum in lazaro
luce xvj / Secundus provenit ex
viciositate culpe ut tunc quis men-
dicat vel precio fovendo / vel pro
lucro captando / et hic modus est
vituperabilis in omnibus et proprie
in illis qui sanitatis spem habent de
quibus dicitur [illegible] si decepe [illegible]
ullatenus decet ut in ea vita imperatores
habent laboriosi fiant opificis [illegible]
vel contra hunc modum mendicandi est
editus ille liber / Tercius modus provenit
ex [illegible] exaltacione inspice ut tunc quis
mendicat proposito imitando

vel elevando vel provocando et iste e-
modus est valde laudabilis et talis
mendicitas se ipsum nullificat proposito
ad bonum provocat liberius deo vacat
et efficacius quia non tamen verbo
sed eciam facto mundi contemptum predicat
hunc 3o modum approbat eciam [illegible]
approbant eciam sancti ut franciscus
dominicus benedictus alexius ut patet
in eorum legendis / apostoli et propheta ut
[illegible] et ipse xpus nec persona dicitur
[illegible] Glosa [illegible] autem mendicitas pro
et paup. paup est qui sibi non sufficit
mendicitas quia ab alio petit Non
obstat predictis illud deutri xv omnino
indigens et mendicus non erit inter
vos quia preceptum non prohibetur actum me-
dicare sed prohibetur divitibus ne sint
ita tenaces ut propter hoc aliqui esse
te mendicare cogantur. Non obstat
eciam quod lex C de validis mendi-
cantibus pena validis mendicantibus
quia imponit illis qui non propter necessitatem
sed utilitate mendicat hanc conclusionem
tractat plenissime bon[aventura] in questionibus
disputatis de paupertate. Quid est
maioris perfectionis in religione scilicet
vel nichil habere in proprio et in comuni
Quidam indubitanter primum est maioris
perfectionis sed cum agitur de paupertate
constat quod illa est maior paupertas
sed non agitur de [illegible] constat quod perfectior
est. ~~quod perfectior est~~ [illegible] non omnia
relinquuntur eciam in proprio et in comuni quia
nisi sufficienter habent [illegible] in comu-
ni hac [illegible] xij. super eze-
chielem qui tot [illegible] culpas [illegible]
liberius idem [illegible] flectibus [illegible] Ergo pau-
pertas et [illegible] sunt quedam perfectiones
sequitur quod habere sufficientiam in comu-
ni [illegible] diminuit de paupertate et [illegible]
tantum diminuit de perfectione. Sed [illegible]
vel nichil habere in proprio et aliquid habere in com[uni]

agitur de caritate occurrit illud augustini
de doctrina christiana li. iii. c. x. quanto ma-
gis regnum cupiditatis destruitur tanto mag
caritas augetur. hec augustinus. Sed con-
stat quod cupiditas magis destruitur
in religione que qua est omnimoda a-
ppropriatio quam ea in qua saltem est
communis rerum possessio. ergo quantum est de
conditione status caritas erit perfectior
ubi erit religio pauperior. ad hoc
etiam probandum potissime facit illud quod
dominus dicit apostolis mt x nolite possidere
neque aurum neque argentum neque pecu-
niam etc. ubi videtur dominus prohibere
apostolis quos voluit esse maioris per-
fectionis ne aliquo modo possiderent
scilicet neque in communi neque in speciali hec tem-
poralia et quod expressius probat verba di-
xit papiendo habetur expresse contra con-
tra evangelium. sed cum ait christus si vis per-
fectus esse vade vende omnia que habes et da pauperibus dicas in
via gentium non abiatis et postea penitus
nolite possidere. et cetera. et iterum in pa-
rabolis nichil tuleritis in via etc. hec
etiam vult ambrosius super luc. li. vi. et gregorius
in omelia xvii. prohibuit penitus
et alimenta ex eadem predicatione accepit
ut sequitur in eadem autem domo manete
edentes et bibentes que apud illos sunt
hec gregorius. Sed obicitur quod predicta
quia habere aliquid in communi est tempore
paupertatis christi ad opus. hoc expresse dicunt
legitur Joh. xii quod iudas habebat
loculos in quibus capitabat que etc.
hic dicendum quod habens dicitur causa in-
venitur christus loculos habuisse et multa
emisse. primo ad procurandum pauperibus
Joh. xiii. aut ut egenis aliquid
daret. secundo ad usus suos et suorum
apostolorum vitalitatem ut legitur Joh. iiii. quod
discipuli eius introierunt in civitatem
samarie ut emerent cibaria Sama-
ritani enim erant inhospitabiles
iudeis. tertio condescensive et dispen-
sative apostoli et infirmos qui postea erant
talia in ecclesia recepturi sicut dicit glo-
sa super illud pro perducens formam in. ec-
clesia tunc predictorum modorum sicut arguitur
quod habere aliquid in communi sit perfectionis
in viris religiosis ita habere aliquid in communi non
sicut habent religiosi. sed potius habet
prelati qui bonorum ecclesie sunt dispensatores
et procuratores non domini. similiter ut
secundo illud quod sit quamque tamen propter
necessitate semper est magis imperfectionis
quam perfectionis ut dicit et primum enim necce-
ssitate famis compulsi comederunt pa-
nes propositionis quos non licebat ede-
re nisi sacerdotibus i Reg. xxi. semper autem
comedere panes edere vilitatem erat laicis
ut perfectionis Similiter ut quarto non
illud enim quod totum fit propter infirmos
in plurimum fuisse et semper est magis
imperfectionis quam perfectionis puta cum
prelatus dispensat cum infirmo conceditur
vel prelatus in aliquo quod est contra
observancias generales in religione antiquas
vel contra ut edere carnes vel edere
bis in die ieiunii. providere tamen quod
necessitate instante et habere quamque in
infirmorum supportationem sunt perfectionis apt
in opere hoc tamen facere est semper et ab-
solute imperfectionis hoc ad presens sufficiat
de hac materia quia subtilius tractat
eam autem valde diffuse et plene
super gregorius decimata in quadam opusculo
suo. Sequitur videre de statu scilicet de prela- Arti 9.7.9
tionibus monachorum et regularium et circa
hoc queruntur plura. primo utrum pares ad-
venerunt sunt. secundo utrum pares aliqui
sunt per electionem canonice instituti non
sunt punctiatur et in ordine suo
vel ex dispensatione. c. x. nisi peculiari
vel competenter iurisdictionem hac operat

ne perdiderit ... et parvulis portarent

quod decretis patrum sta/ ubi at pocs
qui non pt eligi ¶ Sed et abbates
possunt nolunt institutum de facili rece
dunt quod de priuilegiis pdictas inspectis
abbas in collatione alicuius prioratus
aliquid onus imponere possit Respondeo
quod non ut x de regularibus cum
in prone abbates dent prioratus quos
consuetudine et pro precio et pro alio pacto
ut abbas pt aliquod onus prioratum imponere
tum nataat ut perpetuo ut ad tempus
ut pot aliquid tale imponere prioribus
institutis ¶ Item monachi possunt preesse
ecclesiis parochialibus Respondeo sic Gof
et Ho. ti. de sta. mo. ab episcopis presen
tati abbati presentibus xvi. q. ii. c. ii./ et
hoc est verum in ecclesiis que non spectant
ad monachos pleno iure quod de priuilegiis pre
nec possunt/ quod/ de pben. de monachis/
in aliis autem que spectant ad eos iure
pleno sufficit abbatis presentatio xvi. q. ii.
visis/ et proprie possunt institui possunt pre
dicare et baptizare et alia officia pre
sbiteri facere xvi. q. i. quod tre et hic
c ususque ad quod hijs omnibus/ aliter non
hunt huius officia xvi. q. i. per totum a
principio usque ad quod tre et hoc c. Nota
per Ho. quod episcopus non debet monachum
presentare abbate in eo retinente inquo o
bedire quia quod si de huiusmodi et statu
ad abbatem surget ut corrigi posset
ut deceret et hoc quidam mira quic
dunt quod monachi possunt presse in ecclesia
secularis hoc enim est ubicumque permaa
neant sub abbatis obedientia vel non possunt
presentari episcopo in inuito ¶ Ad hoc non per Gof.
quod cum monachi ad prelationes tran
seunt seculares absoluuntur a quibusdam
obseruantiis ut a certimonio plenaria et
uigiliis quia ut dicit xviii q. i nemo
pt ecclesiasticis de plurie et monastica ordi
natione presidere ut dicitur monachorum

teneat qui tollatur in ministerio ecclesia
regitur secularis in aliis et non ab
soluuntur ut in habitu continentia et propri
o statu ¶ Sed nunquid absoluuntur ad
obedientia abbatis Respondeo per Gof per p
tinet ad ecclesiam episcopalem xviii. q.
i. c. i.° ¶ Si vero ad aliam inferiorem quia
illa est subiecta suo abbati aut non
si sit et hoc tamen quo ad temporalia tamen
remanet ab eius obedientia quo ad
spiritualia xvi q. ii. pater quod de
capel. mo. c. i. ¶ Si non sit ei sub
iecta in spiritualibus tunc translatus rema
net in omnibus abbati subiectus et
seruabit omnia secundum personis ipse communi
plenarium et uigilias que in ecclesia
secularis seruant non possunt ut supra quod
dictum ¶ Si autem in nullo sit ei subiecta
tunc ipse in nullo tenetur xvi. q. i. in
parochia ut prima etiam reget se.
sum officium monachi quia ad ip
sius ecc. nomen eius consuetudine
seruabit xvi. di illa ¶ Sed nunquid
talis ad episcopatum translatus remanet a ca
monachali Respondeo Gof quod sic ut ne
hoc illi cum quibus viuit scandalizare
xli. di. quiescamus ¶ Sed si sit monachum
cum quo uiuit regula quo adepiscopatum
obseruabit quod de sta. mo.
quod dei/ ut in sing sit de q. de
v. tertium. aut/ ut per Ho. episcopo q
factus est abbas eius in partem
Nota etiam per Ho.^n de sta. mo. quod
officium predicatoris in hoc est simile
sed non ponatur in ecclesia parochiali
monachus solus sine socio eiusdem
ordinis et sic loquitur quod de sta. mo.
quod dei timore licet hoc facilius
concedatur canonicis regularibus quia est
regule laxioris ¶ in moterum non siper
dum c. simpl. dicitur quod monachus nullo mo

sine socio potest esse. Sed canonicus
regularis potest ut ibidem / sed non uterque
de capella non proprie nisi e magis sibi
quod nec monachi nec regulares
canonici possunt esse soli in ecclesiis
Utrum monachus possit sine canonicus
in ecclesia seculari institui. Respondeo s. host. et
Joh. hoc sine non debet quia non debet
ordinari in bone et apud (?) ut debet
homines professionis diverse sit simul
esse ex de elec. c. cum causa que ut
xvi q. ii. monia non debet ergo monachus
poni cum secularibus nisi propter causam
[illegible] insignia hoc est speciale sicut
nec secularis debet cum regularibus poni
unde clericus secularis non potest habere
prebendam in ecclesia regulari nec locum
nec vocem in capitulo vel refectorio licet
possit in ea perpetuum beneficium habere
hoc. Secundo faciat monachis de canonicis
ad eos pertinentibus quo ad temporalia in
quibus non possunt duo vel tres monachi
habitare cum presbitero parochiali qui non
possit esse (?) Respondeo s. ho. presbiter de ecclesia
debet habere sustentationem congruam non ob-
stante prescriptione vel consuetudine contraria
ex de preben. extirpande / et si quid
superest hoc monachi possunt habere et sic
portare et in hoc tamen debet ~~esse~~
eis de temporalibus respondere ex de simo.
cum et plantare et in causis ex de preben.
in latera / si alias nichil superest et monachi
possunt habere ff. de furt. itaque fullo /
Sed aut deputet aliquid dyocesanus
tenetur providere ut notatum est supra
Secundo si in tali ecclesia sive capella possunt
esse plures monachi relicta presbitero
congrua portione Respondeo s. ho. tunc potest
abbas illuc monachos plures mittere
et hii pro beneplacito abbatis ibi rema-
neant et teneantur regulam monachalem

servare sicut quod dictum est supra. Sed
quid erit de divino officio in huiusmodi ecclesia
presbiter enim tenetur sequi officium episcopatus
monachus officium monasterii sui. Respondeo
s. ho. si monachi habent suum oratorium
ita remotum quod voces non ~~possunt~~ possunt
confundi separatim faciant officium suum et
tales divino ab offensa iuris parochialis
contineant et in pace vivant ubi magis ubi
privilegiis gaudent ut patet ex de
excess. prela. nimis / insignia [illegible] contra
et licet habere possunt campanam compulso
speciali ut in ca. ius insignia non tamen
campanas sine licentia episcopi quod si
fecerint episcopus potest hoc corrigere per se
ipsum ex de privile. patentibus. Sed si non
habeant oratorium cedant presbitero et de
licentia eius ante vel postea faciant
officium suum alias sine inventu [illegible]
eos compellere possunt ex de decen. ex parte
[illegible]. Hoc aut male servant monachi
nolentes presbitero cedere tenentur illud di-
[illegible] in publicatione quod sit in
huiusmodi [illegible] / expedit aut eis ora-
torium facere si velit ibi commode habitare
xvi q. i. nullo quia non debet apostolus segre-
gare xvi q. i. [illegible] et c. precedentis
et sequentis. Utrum monachus preficere possit
regularibus Respondeo s. ho. quod sic
dum tamen habeat abbatis et episcopi consensum
xvi q. i. cum pro utilitate et c. doctos
sed cum prefici in ecclesia seculari ut dictum
est supra ergo multo magis in regulari
nunc aut est expressum in vi. de electione
c. nullum / ex nullus religiosus de certo in
prelatum aliquibus religionis vel [illegible]
eligatur et si fecit [illegible] sit irritum
et inane / eligi tamen potest in episcopum religiosus
secularis vel cuiuslibet regularis ecclesie ut
ibidem. Utrum heremita sive possit abbas
monachorum Respondeo s. ho. quod sic ex
de elec. c. monasterium [illegible] tamen non

sunt clerici sed possessionati ibidem ut
patet. Ad hoc uero quod religiosi mendi-
cantes qui ad uitam mendicantium ordi-
nes etiam auctoritate apostolica decreto
transibunt uel etiam ipsi iam transierunt
licet non prelatus ad administrationes
uel officia aut curam animarum uel re-
gimine quodcumque obtineat sibi uocem
uel locum in capitulo non habent, etiam si hoc
alibi sibi concedatur, nec de cetero ad
prelaturas uel administrationes uel quo-
cumque officia possunt assumi etiam
tamquam vicarii seu ministri uel loca
aliorum tenentes, nec animarum curam exercere (et ... possunt uel ... per alios)
quodcumque aut contra attemptat
sunt et ... ipso iure quoniam
privilegio non obstante ... de regulis
uel professores, et hoc statuto
non extenditur ad ordines absolutos
mendicantes ut ibidem. ¶ Sequitur de ...
scilicet de quibusdam actibus siue officiis
et occupationibus utrorumque competant
religiosis et circa hoc querit plura
scilicet utrum religiosi teneantur manibus
operari. Respondetur ad maiorem evidentiam
premo intendendum utrum operari manibus
sit in precepto, circa quod sciendum secundum
Bonaventuram ... dicere quale est
... finis ad quem ordinatur
labor aut manualis ... videtur
esse utilis scilicet ad ocium tollendum,
corpus domandum, et uictum querendum,
quorum probationem obmitto gratia
brevitatis et etiam quia satis patet, patet
ergo quod ... ~~quia satis patet~~ Ergo
comprehenditur labor manualis prout
ordinatur ad ocium ... non est in pre-
cepto sicut nec alia exercitia ad illa
duo ordinata, licet enim ocium sit tol-
lendum et corpus domandum per ...
exercitium bonum non tamen precipitur
in speciali de hoc exercitio uel illo. Secundum

Articulus 69

labore

ut dicitur secundum quod ordinatur ad
uictum querendum sic uidetur esse in precepto
... ad Thessalonicenses: operamini manibus
sicut et precepimus vobis, ut tamen
in precepto non sit ... sed etiam naturalis
ad quem homo inclinatur corporis ... na-
turalibus, sicut aut patet ex ipsa dis-
positione corporis hominis naturaliter habet
ordinem ad opus manuale. Unde Job
v: homo nascitur etc. Secundum aut
quod dupliciter est preceptum legis nature
quia aliquod ordinatur ad tollendum
defectum singularis persone ut illud Genesis secundo
de omni ligno paradisi comedite, et quoddam
ordinatur ad tollendum defectum totius
speciei ut Genesis primo crescite et multipli-
camini quia ergo labore manuum potest
aliquis subuenire defectui proprio et ali-
cuius ut patet quod quodam modo est sub
utroque genere predictorum preceptorum. Pre-
ceptum aut quod ordinatur ad tollendum
defectum corporalem non obligat nisi de-
fectu exigente. Unde si esset aliquis
qui posset uiuere sine cibo non obligaretur
precepto de comedendo, sic ergo
preceptum de manuali non obligat ali-
quem singulariter secundum quod ordinatur ad tol-
lendum defectum proprium uel cuiuscumque alicuius
nisi necessitate defectu exigente et ideo qui
habet unde iuste uiuere possit non tenetur
manibus operari, qui uero non habet aliud
unde iuste uiuat tenetur manibus la-
borare. ¶ Nota etiam quod quodcumque ne-
gotium homo agit de quo licite uictum
querere possit sub labore manuum continetur
sicut ipse patet supra ad ... ...
... dicendum est enim quod illi tantum
obligantur ad laborem manualem qui
non habent aliud unde uiuere possunt et
ideo qui exercent opera spiritualia et sunt
alimenta uiuere licite quia de manuali la-
bore non tenetur manibus laborare. Respondetur

tingnend tamen ~~quod~~ vi in operibus spiritualibus
sunt enim quedam opera spiritualia que ad
singulare perfectionem pertinent facientis
quedam non sunt que in bonum commune
cedunt / illi autem qui in operibus spiritualibus
occupantur ad utilitatem communem pertine-
tibus debet ab aliis provideri quoniam
de communi utilitati corinthiorum ix. si nos
vobis spiritualia seminavimus etc. Sunt autem
quatuor opera spiritualia quibus communis
utilitas promovetur et que hec eis super
dicta debentur / Primum est occupatio in
causis pie iudiciis civilium exequendis
dicitur enim ro. xiii. de potestate seculari que seculare
iudicium exercet ideo tributa prestatis
sunt iudicibus ministri enim dei sunt in hoc ipsum
servientes sunt nobis vero et augustinus
in li. de opere mona. se excusat a labore
manuum quia in iudiciis causarum occu-
patur. Secundum est predicatio que saluti
animarum procuratur vnde dicitur i. corinthiorum ix ita
dominus ordinavit his qui evangelium annunciant
de evangelio vivere non solum autem vivere
sunt de evangelio illi qui predicant sed etiam
qui eis ministrat ad hoc officium eis
cooperantes quod patet ro. xv. spiritualium eorum
participes facti sunt gentiles debent etiam
in carnalibus ministrare eis glo. eorum
scilicet iudeorum qui miserunt predicatores
ab ierosolimis et sic etiam quod predicatores
mittuntur de fructu evangelii vivere possunt
3 Tertium est orationes que fiunt in horis
canonicis ad salutem fidelium et ideo dicitur
i corinthiorum ix qui altari serviunt de altario
participant / unde de his duobus operibus
dicit augustinus ubi supra quod cum iste et
ministri altaris habent hanc potestatem sunt
4 de participibus fidelium vivendi. Quartum [illegible]
est elucidatio sacre scripture ad instruc- [illegible]
tionem aliorum de hoc labore spirituali vide tue
sunt vero i ad thi. v. qui bene presunt
presbiteri duplici honore digni habeantur
maxime autem qui la. verbo et doc.
glo. i. exhortatione sermonum et doctrina

necessitatem duplici honore scilicet prius glo
ut primum eis obediant et optiora p-
beant patet ergo quod illi qui predictis
operibus spiritualibus vacant non tenentur
manibus laborare / de illis autem qui
vacant operibus spiritualibus que directe
non cedunt in bonum commune sed in bonum
facientis ut orationes private ieiunia
et huiusmodi distinguendum est scilicet quod tales
aut habent in seculo vnde vivant sine
labore manuum aut non si primum non tenentur
manibus laborare ut etiam augustinus in predicto
li. tum quia non consueverunt laborare ma-
